



P E T R I C A M P E R

*A. L. M. Philos. ac Med. Doctoris; Medicinae, Anatomes, ac Chirurgiae
in Illustri Athenaeo Amstelaedamensi Professoris, Regiae Societatis Scien-
tiarum Londinensis, & Harlemensis Socii,*

DEMONSTRATIONUM

ANATOMICO-PATHOLOGICARUM

L I B E R S E C U N D U S.

C O N T I N E N S

P E L V I S H U M A N A E

F A B R I C A M E T M O R B O S.



A M S T E L A E D A M I.

Apud J O A N N. S C H R E U D E R E T P E T R U M M O R T I E R Juniores.

M D C C L X I I.

M O D E R A T O R I B U S

A T Q U E

S O D A L I B U S

SOCIETATIS HOLLANDICAE SCIENTIARUM

Q U A E H A R L E M I C O N S T I T U T A V I G E T,
P A L A E S T R A E E R U D I T I O N I S,

VIRIS EXIMIIS, LITTERARUM FAUTORIBUS SUMMIS,
FUGIENTIUM MUSARUM STATORIBUS,

QUOS DOCTORUM NATIO UBIQUE GENTIUM CULTIORUM SUSPICIT ET AETERNIS
ANNALIBUS CONSECRATUS PROMOVENDORUM STUDIORUM ARDOR, TANQUAM
BENIFICA SYDERA, SERAE POSTERITATI COMMENDAT:

A QUIBUS LAUDE OMNI MAJORIBUS LAUDARI PULCHRUM ET HONORIFICUM;
QUORUM PRAECONIIS NUPER EXORNARI, ET CERTISSIMO LAUDUM PIGNORE
DECORARI GLORIOSUM HABEBIT SEMPER,

TANTIQUA BENEFICII MEMORIAM UNDIQUE SECUM CIRCUMFERET, ALTAQUE MENTE
REPOSITAM SERVABIT, UT NULLA UNQUAM DIES AUT TEMPORUM
LONGINQUITAS EXTINGUAT;

H U N C D E M O N S T R A T I O N U M A N A T O M I C O - P A T H O L O G I C A R U M
L I B R U M S E C U N D U M

MEMORIS DEVOTIQUE ANIMI MONUMENTUM

D. D. D.

P E T R U S C A M P E R.

*

P R A E-



PURIAEFFATIO.

PElvim corporis humani, plurimorum morborum ac vi-
tiorum sedem, diligentius contemplatus in permultis u-
triusque Sexūs cadaveribus diversis modis secui. Axin ejus
insuper cum linea propensionis contuli, ut axis inclinationem
versus horizontem determinarem exactius: incredibilem enim
inde tum in exutiendis partibus, tum in Calculosorum Chir-
urgia praevidebam utilitatem; neque me fefeller expectatio.

Tabulas vero anatomicas omnes sedulo examinans deside-
rari cum maxime percepi, quae vas̄a sanguinea, nervos, ve-
sicam, & reliqua in situ naturali exhiberent: lumbos igitur
per media corpora vertebrarum & latum os ferrā, pubis syn-
chondrosin scalpello divisi, idque in Adultis. Aliquando
etiam simul totum thoracem, collum, & caput in recenti
cadavere per medietatem desecui, ut de cavitatum amplitu-
dine, figurā, situ relativō, & de diaphragmatis eleganti
fornice rectius judicari posset.

Hāc ratione scalpellus, & lumen, quod Illustrissimo ac
Summo Anatomico HALLERO arduum visum fuit, aditum
acquirebant facillimum. Vasa etiam omnia, & nervi in situ
servata spectaculum praebebant elegantissimum; neque per-
spicuitas abesse mihi videbatur.

Saepius autem easdem partes, praecipue nervos in variis
subjectis investigavi, depinxique modis diversis, donec ma-
gis ceteris arridebat Pelvis Tabula hujus Libri prima: cuius
prior figura vasorum sanguiferorum loca vera, ac relativa for-
san clariori modo, quam ullibi reperiuntur, exhibit. Liga-
menta omnia etiam servata sunt, ut quā ratione sub iis se ab-
scondunt, iterumque prodeunt, perspicuum foret.

Nervi intercostalis cum sacris unionem Figurā alterā exce-
pi: nervi quoque totius corporis maximi, Ilchiadici scilicet,
radices, & pudendorum nervorum origines nudas reprae-
sentavi, ut eorum ramifications sub cute repentes commo-
dius pervestigari possent. Ex diversis horum nervorum con-
jugationibus, reliquarumque partium naturā & positū quam-
plurima dilucide explanari posse mihi videbantur sympto-
mata, quae secus obscurissimis adnumeranda essent.

Hāc ratione vero quicquid in perinaeo situm erat deper-

debatur: elaboravi igitur Tabulam secundam, cuius omnes
figurae se mutuo, veluti partes ipsae, per strata insequuntur.
Quicquid ad calculi curationem, quae scalpello fit, pertinet,
his etiam comprehenditur. Collocavi idcirco ex industria ca-
daver his picturis inservitrum, quemadmodum homo vivus
super tabulam vel subsellium figuratur, ut locus incidens
& reliqua aptius inter se conferri possent. Ubi vero muscu-
lorum, ossiumve anatome accuratior requiritur, Magni Al-
bini tabulae ac descriptiones consuli debent: ubi vasorum
sanguiferorum, Illustrissimi Halleri elaboratissimae figurae.

Accedo nunc ad Tertiam atque ultimam hujus libri tabu-
lam, quae non sine labore parata est: omnes enim intendi
vires, ut Clarissimorum Virorum, Le Drani, Foubertii, &
Le Catti figurā emendarem, & simul ex Celeb. Morgagni
monitis fructum caperem: maximopere enim in Adv. Anat.
III. animadv. XLVII. lateralem vesicae administrationem ana-
tomicam commendat, ut praeepta de catheterum demissio-
ne intra vesicam, & de calculi curatione, quae manū fit,
magis perspicua evadant. Fateri tamen non erubesco me
nunquam forte de ratione, quā vesicam unā cum instrumen-
tis delineavi, cogitasse, nisi Le Dranus, Foubertus & Le
Cattus Galliae non modo, sed totius orbis facile principes
Chirurgi tam utilia edidissent schemata.

Emendatoribus igitur figuris arduam illam & obscure
pertractatam Calculi curationem praeprimis illustrare conatus
sum, breviter equidem & forsan nimis, de diversis methodis
disputans. Vitio autem id mihi vertendum non est: scopus
enim nunquam fuit universa Medicinæ tradere elementa,
sed ejus quaedam praeepta examinare, iisque novum, si
fieri possit, accendere lumen.

Addidi praeterea fistularum Intestini recti, vesicae, reli-
quarumque circa perinaeum hiantium, praesertim rariorū,
explanationem: etiam herniarum, vesicae, aliarumque intra
pelvīm haud raro delitescentium, ut non modo Pelvis fabri-
cam in universum, verum etiam praecipios ejus morbos, ac
vitia hoc secundo Libro comprehenderem.

E Lancumano
MDCCXII.

INDEX CAPITUM.

| | |
|---|---------|
| CAPUT PRIMUM, De ligamentis, cartilaginibus, ossibus, & musculis circa pelvīm sitis, eorumque affectibus. | Pag. 1 |
| CAPUT SECUNDUM, De arteriis, & venis Pelvis & Perinaei. | Pag. 5 |
| CAPUT TERTIUM, De nervis intra Pelvīm, & in Perinaeo conspicuis. | Pag. 6 |
| CAPUT QUARTUM, De figurā & situ partium in Calculosorum curatione scitū necessariis, & de incisione vesicae secundum Ravium, Chefdenum, aliasque. | Pag. 9 |
| CAPUT QUINTUM, De Vesicae, intestini recti, aliasque fistulis in perinaeo, & circa anum sitis, seu inter vesicam ac intestinum biantibus. | Pag. 15 |
| CAPUT SEXTUM, De vesicae herniis, atque de intestinis in perinaeum, & in foramen ossis pubis ovale, prolapsis. | Pag. 17 |

PETRI

CLASS



P E T R I C A M P E R
D E M O N S T R A T I O N U M
A N A T O M I C O - P A T H O L O G I C A R U M ,

L I B E R S E C U N D U S .

C A P U T P R I M U M .

De Ligamentis, Cartilaginibus, Ossibus & Musculis circa Pelvem suis, eorumque affectibus.

§. 1. Pelvis ea pars Humani Corporis vocatur, quae ex ossibus coxarum, sacro & coccyge composita imum ventrem, seu alium format, & toti trunco basin firmam praebet. Dehiscent ea ossa ab inferiore parte, ut genitalibus, vesicae, ac recto intestino commodum: lateraliter, ut Ischiadicis nervis, vasis sanguineis, & musculis femorum, exitum concederent; à priore parte etiam vas aliquot una cum nervis per magna foramina exeunt, quibus ossea compages levior reddita, roboris tamen satis ad reliqua obeunda munera retinet.

Ossa vero, interpositis cartilaginibus, atque ligamentorum appositione, admirabiliter inter se nexa cavum sphaericum quatuor pollicum Rhenolandicorum diametri efformant, quod partibus naturalibus, vesica & recto intestino sublati praeprimis conspicitur. Sensu geometrico tamen haec accipienda non sunt; deficit enim pars summa, secus intestina pelvis excipere non possit. Verum, si, ubi propensionis linea, ut in TAB. Tab. I. fig. I. U., V. pelvis axin R., W. fecat, centro X. radio duorum pollicum circulus duceretur, indicatae sphaerae spatium cerneretur, quod vesica naturaliter repleta absque ullo incommodo occupare posset. Vesica igitur modice extensa contineret 64 pollices cubicos. Recipit autem pes cubicus (a) aestivo tempore aquae libras sexaginta quatuor: vesica igitur excipere poterit urinae libras duas cum uncii quinque. Hinc manifestum est vesicam omnem urinam, quae nychthemeri spatio à renibus secernitur, capere posse: nam, secundum accuratissimas Keilii observationes (b) homo eo temporis intervallo reddit libras duas cum fere sex uncii urinae: raro vero singulis vicibus ultra libram, uti ex ejus tabulis colligi potest. In universum itaque concludere licet, vesicam raro supra os pubis intumescere; Eustachius eam paulo altiore in XXV. Tab. posuit; verum ad maximam altitudinem ibi surrexisse videtur.

Pelvis capacitas, ut ad propositum redeam, non in utroque sexū, neque in omnibus ejusdem sexū individuis sibi perfecte similis est. robur corporis, statura, spinae dorsi virtus, femorum prolapsus, eam saepe mirum in modum immutant, quemadmodum apud Cheseldenium, Smellium, aliasque, qui de re obstetricia, vel ossium morbis scripsierunt, videri potest.

Diffrat autem quamplurimum ratione aetatis; in infantibus enim recenter natis compressior est, neque eam profunditatem habet, quam in

(a) P. O. Musschenbroek begin. der Natuur-kunde. Van het water, pag. 435. §. 861. 's Gravenhage, Phys. Elem. Math. pedem cubicum aquae continere 63; pondo statuit §. 63, pag. 15. sed gradum caloris non determinavit. Hyberno enim tempore fere 65. lib. gravem esse Musschenbroekius observavit.

(b) Statical aphorisms, pag. 242. §. v.

proiectioribus adipiscitur: de hâc differentiâ in actis Harlemonibus (c) TAB. fusius eg. In recenter natis vesica supra oram pelvis priorem basi, seu ^{I.} FIG. I. fundo vero, haerens summitate suâ umbilicum ferit; in adultis omnis intra pelvem recipitur. subito autem pelvem vesica ingreditur, quarto enim, vel quinto aetatis anno in universum, fere tota, modice distenta, infra marginem anteriorem sita est. eximium habet haec animadversio usum in calculi sectione, atque in eligendis methodis, quae diversis aetatis aptissimae sunt.

Si ad axis directionem attendimus, eam in adultis antrorum inclinatum, in infantibus propter spinae rectitudinem cum linea propensionis ferre coincidentem comperiemus: hinc manifestum est coxas ejus, qui calculi sectionem subituras est, pro diversâ aetate collocari debere, elevatus in junioribus, humilius in adultis: de qua re plura, ubi de calculi Chirurgia agam.

In omnibus vero similem cum linea propensionis U., V. angulum axis R., W. non format: in cadavere, cuius iconem hic adjecimus, angulus W. X. V. cum X. V. propensionis linea vel ejus parallelâ erat 58. Graduum: in aliquot cadaveribus eum majorem, in quibusdam minorem deprehendi; in feminis obtusior est.

Corpo igitur super mensam horizontalem resupinato, secundum axin pelvis sectio instituenda, ac instrumenta reliqua adigenda sunt; secus facile inter intestinum rectum, ac vesicam delabuntur, & vana redditur curatio.

Quò tabula, cui imponitur aeger, altior, eo facilius Chirurgus sectio nem absolvit; frequentissime autem nimis humilis adhibetur.

Calculus, forcipe prehensus, similiter secundum axin pelvis educi debet; si in linea horizonti parallela, vel quod pejus existit, si sursum versus dirigitur, in arcum ab ossibus pubis factum, & ligamentum urethrae impingit, atque moratur: unde horrendae contusiones, quae, praeter insignes cruciatus, gangraenam & mortem saepe attulerunt.

Ea omnia in feminis se perinde habent atque in viris.

§. 2. Pelvis à parte priore, quâ ossa pubis coëunt, ligamento valido TAB. atque denso, etiam interjectâ connectuntur cartilagine, quae in viris quar- ^{I.} FIG. I.
tam & II.

(c) Verhandeling van de Holl. Maatschappye. Tom. VI. pag. 75. I. fluk.

A



TAB. tam pollicis partem lata, valde elastica & pulposa est, praesertim in meditullio. Tab. I. fig. I. & II. A, C. In feminis latior, ceterum ejusdem naturae ac in viris. Synchondrosis haec, ita enim vocatur, laminis cartilagineis inter vertebrae sitis prorsus similis, in partu mobilis est, quemadmodum in dissertatione de coxarum osse (a) & ejus ligamentis in feminis, propriis observationibus & aliorum sententiis ab omni dubio vindicavimus.

Ligamenta autem in priori pubis facie latiora sunt cartilagine: quam diversitatem Anatomicorum princeps Albinus admirabiliter expressit Tab. Scel. I. & Muscul. II. III. evidenter in IV.

Haec externe conspicua sunt, interne transversis, tenacissimisque de ligantur ligamentis.

TAB. §. 3. Unitur etiam os latum, utrinque cum coxis, robustissimum ac latorum ligamentorum ope, quae sacro-ischiadica à plerisque vocantur; in feminis ea abunde descripti (b), in viris eodem modo comparata, & duplia sunt. Internum oritur lato principio Tab. I. Fig. II. ζ, η, à margine interiori ossis sacri, & omnibus coccygis ossiculis, ac processu a cuto Α, Σ. alligatur. id breve atque robustum coccygeum excipit muscolum, qui fibris tendineis ipsi tam firmiter adhaeret, ut haud facile absque laceratione separari queat.

Alterum, ζ, η, φ, ψ. prius fibris suis decussans ab eodem margine natum gracilescit, atque interiori margini tuberis ischii latè superficie inhaerescit, aperturam faciens pro transmittendis pudendi vasis, nervis, & obturatoris interni tendine.

Ab his ligamentis tenuis, sed valida aponeurosis abscedit, quae coccygeos musculos, levatores, & sphincteres ani apte suffulcit: èa igitur ratione pelvis ab inferiore parte, quâ aperta est, & quodammodo à glutinis majoribus clauditur, atque alvi musculi robur acquirunt, ne rectum intestinum, vel in sequori Sexu matrix continuo prolabatur.

Cheseldenus (c), & Weitbrechtus (d) ea optime repraesentarunt.

§. 4. Os pubis à parte anteriori magno foramine pervium est, in cuius summo sulcus insignis datur Tab. I. Fig. II. E. 2. Θ. semper apertus, in quo vasa & nervi, obturantia vocata, recondita sunt: reliquum ligamento clauditur Γ, Δ, Θ. Id ex duplo peroste compositum, tum interne, tum externe plurimis fibris utriusque musculi obturatoris originem concedit.

Aliquando in illud foramen ovatum ossis femoris caput, è sede sua motum, delapsum est (e). Pes, tum longior evadit, quoniam foraminis margo superior in erecto homine infra acetabulum situs est; quod, Eustachio, & Albino exceptis, anatomici omnes in suis tabulis neglexerunt: oram enim pelvis horizontalem falso statuunt, quâ perversa doctrinâ egregia Divini Hippocratis circa clados dogmata obscura, atque inutilia redduntur. Si vero Hippocratis, Eustachii, & Albini circa spinae & pelvis positum praecelta cum corpore rite conferantur, perspicuum erit Hippocratis observationes circa diversas femorum è coxis prolapsiones naturae utique esse consentaneas. Sed de his cum aliâ occasione dicetus sim, ad ligamenta coccygis propria progredior.

TAB. §. 5. Haec ab internis marginibus ossis sacri Tab. I. Fig. II. τ. orsa oblique versus ossiculi primi coccygis medium partem Ω. progredivuntur, ubi fibris convergentibus coēunt. Weitbrechtus (f) ea ligamenta lateralia appellans, in omnibus perpetua non esse adnotat: quod negare non audeo, quia raro ad tantas minutias usque cadavera secamus; in iis autem quorum ligamenta ex industria perscrutatus sum, haec constanter offendit.

Retinent coccygem fortiter introrsum: reliqua pelvis ligamenta molibus operata partibus, vel exterius sita transeo.

(a) Mauriceau van de Ziekten der Zwangere Vrouwen. tweede druk. 1759. pag. 7. §. 1.

(b) Ibid. pag. 7. §. 2.

(c) Osteograph. Tab. XXXIX. Fig. I. CD.

(d) Syndromolog. Tab. XVI. Fig. LI. & Tab. XVII. Fig. LII. pag. 124. 129.

(e) Mém. de l'Acad. Roy. de Chir. Tom. II. pl. XII. pag. 158.

(f) Ibid. pag. 126. §. 6. in fine.

§. 6. Vertebrae omnes, lumbales praecipue ab anteriore parte ligamento robusto, & lato, π. necuntur, quod reliquis vertebrae duas vi- TAB. I. cinas copulantibus superaccommodatur. Id lateraliter aponeuroses emitte TAB. II. quae psoas musculos, ac deinceps iliacos internos obtengunt, & insigne robur addunt.

Ligamentum illud à Weitbrechto (g) commune anterius, seu fascia longitudinalis anterior nuncupatur.

In decrepitis exaretur, & spinam incurvat: junioribus, quibus cyphosis in dorso infra septum existit, abscessus ad ilia & inguina supervenient, ut Hippocrates (h) prodidit; supervenient autem etiam iis, quibus gibbus supra septum accedit; quemadmodum in pueru observavi, cuius cadaver aperui, & cujus truncum in museo meo seruo. In eo corpora aliquot vertebrarum penitus contrita, ac in pus verba materiem foras evomere non potuerant propter ligamenti tenacitatem; ideo pondere suo sub illud deorsum acta primum vicina corpora vertebrarum anterius erofit, deinde sub aponeurosi, dextri psoae decursum secuta in femore prope inguen tam interne, quam externe fistulas agitavit, quibus emaciatus puer perit.

In alio sub septo gibberofo ingentem abscessum, sinistrum os ilium, & clunem occupantem observavi, is supervixit, sed trunco ad horizontem inclinato propter lumborum rigiditatem incedere cogitum.

Non igitur ob consensum quemadmodum Galenus in suo commentario, sed, propter aponeuroses ab hoc ligamento ortas, illi abscessus contingunt.

§. 7. Quae inter vertebrarum corpora interjacent laminae, Cartilagineae dictae, ex dupli substantia constant, ligamento unâ, pulposa alterâ: haec mirabiliter elastica, seclis qualicunque modo vertebris, ultra limites exsurgit, neque vi quantumvis magnâ adhibita ad pristinum volumen redigi potest, Tab. I. Fig. I. 24. 32. 31. eam indicavi. aequabilis autem est, & tenax. Illa ex tendinosis circularibus ligamentis inter se unitis constat, quemadmodum ex segmentis vertebrarum 25, 26, 33, 34, 35, 36. perspicuum est.

Necuntur vero quoque vertebrarum corpora inter se aliis ligamentis obliquis, è marginibus, dupli serie, se mutuo decussantibus orfis, quae à Weitbrechto Tab. XX. Fig. 42. depinguntur.

Ad laminas redeo, quarum contemplatio ad spinae mechanismum explicandum valde necessaria est. Sustinent nimurum hae truncum integrum, caput, brachia atque pondera omnia, quae, vel attollendo, vel loco movendo, sustinemus. Compinguntur inde quidem atque complanantur illae laminae, sed pondere abjecto se protinus restituant; haec igitur reciproca mutatio, non modo dum ingentia pondera humeris sustinemus, locum habet, verum etiam dum simpliciter erecti incedimus, aut supini decumbimus.

At vigorem quiete puluae elater acquirit, proceriores idecirco post diurnos morbos, & sumus & esse videmur, quae omnia à summis Anatomicis Winflowo (i) & Monroo (k), etiam à Cl. Abate de Fontenu (l) luculenter exposita sunt. Increscit autem trunci nostri altitude etiam propter nutrimenti restaurationem, paulo post prandium enim illud augmentum Rev. Abbas observavit, quod subito iterum deperditur. haec omnia demonstrant quiete ac nutrimento lamellarum intervertebralium elasticitatem sensibiliter augeri.

Ad Mechanismum autem Winflowus diligentius animum attendit, etiam Monrous, hic enim in actis Edinburgensis, ille in Parisinis de eo disseruit: demonstravit uterque centrum motus non in apophysibus, sed unice in symphysibus elasticis corporum vertebrarum dari, id est in pulposa laminarum substantia.

In

(g) Tab. X. Fig. 37. a, b.

(h) De Artic. Et Galen. in eum Comment. III. Textu X. pag. 371. Tom. XII. Chart.

(i) Mém. de l'Acad. des Sciences 1730. pag. 501. Ed. d'Amst. in 12.

(k) Medical Essays. Vol. V. Tom. I. p. 186. & of the Skeleton. pag. 168. Ed. alt.

(l) Hist. de l'Acad. des Sciences, 1725. pag. 22. Ed. d'Amst. in 8.

TAB. I. In spine motū igitur hae laminae comprimuntur eā in parte, versus quam inclinamus: corpore vero iterum erecto, laminae propriā vi, spinam attollunt, & erectam conservant. id musculi efficere nullo modo possunt, & si pro tempore, quemadmodum aliquando fit, truncum rectum tenent, vehementer fatigamur.

Ad cyphoses, & scolioes nunc venio, quarum caussas in laminarum harum depravatione quaerendas esse existimo. Etenim, si diutius quam par est, spīnam in eandem partem inclinamus, laminas plus in eā, quam in oppositā comprimitus; elasticitas inde imminuitur, & in posterum nunquam aequabiliter erigitur vertebrarum columna. Il qui corpore inclinato scribunt, praeſertim si per totam vitam perrexerint, inde gibbositatem contrahunt.

Destrutur etiam uno velut iētū alicuius laminae elasticitas, quando laſpū, vel conatū supra vires factō pulpa contunditur. Id si ab anticā parte centri motū contingit, cyphosin; si à latere, scoliosin producet.

Laminā integrā compresā, vel omnino destrūtā, ipsa vertebrarum corpora compingentur, immo penitus annihilabuntur, si vitium increscit: quemadmodum exemplis quamplurimis, & ingenti numero gibborum, quos in museo meo servo, evidenter demonstrare queo. Oportuniō loco haec via corporis prosequar, & Divini Hippocratis super his doctrinam restituam, quam recentiores Chirurgiae professores, & inter eos gravissimi viri turpiter neglexerunt. Id autem hic loci addere necessarium existimo, Cyphosin non esse luxationem vertebrarum, seu earum apophysium, sed compressionem laminarum interpositarum, quae paulatim consumuntur; malo autem ingravescere, ipsius ossae subflantiae: hāc ratione aliquot corpora simul aliquando conteruntur, articulis apophysium integris manentibus.

Quando naturae beneficio supervivunt, vicinae inter se coalescent vertebrae, unde quidem incurva & brevior spina evadit, sed simul rigiditate robur acquirit: servo, ubi quinque, sex, etiam octo corpora desunt.

Causā explanatā remedium praesto est; oportet protinus impellere gibber veste Hippocratico, vel alio magis accommodato, dein spinam rectam servare: reliqua omnia praefidia vel vitium non attingunt, vel pejus reddunt. Scoliosis vix ullum remedium admittit.

§. 8. Praeter descripta vertebrarum ligamenta, robusta alia inter spinos processus sita, seu inter summam Jugi oram, canalem pro excipiente TAB. dā medullā formantis, vicinaque inferiorem. Tab. I. Fig. I. 27. 28. 29. FIG. I. 30. ea Weitbrechtus Tab. XII. Fig. XLIII. XLIV. & XLV. eleganter expressit.

Color eorum subflavus est, fibrarum decursus verticalis, crassities insignis, tenacitas maxima; tendinibus cartilaginosiora existunt, ideo cultro fecantur transversim facilius; cum ossē vero tam fortiter conjuncta sunt, ut in recentibus cadaveribus vix abradi & non nisi diuturnā mace ratione separari queant.

Ligamenta illa vertebrae, ubi in priora inclinatur spina, cohident, atque eā ratione musculos adjuvant, & vertebrarum articulos tutantur, qui secus, ubi magna onera humeris sustinentur, facile dehiscent.

TAB. I. §. 9. Os sacrum, seu latum, ilium ossibus, interjectā cartilagine, lateribus suis connectitur, ut in II. fig. Tab. I. pars unionem hanc auget ligamentum quoddam proprium, quod commissuram decussat.

Perosteum in universum, quod ischii ac pubis concavam partem investit, densum est, & fibrosum, atque albedine nitet.

Haec de ligamentis: ad musculos nunc progredior, qui ab internā pelvis parte conspicui sunt.

§. 10. Sublatis pudendis, vesicā & recto intestino cum suis musculis, & sectā pelvi, quemadmodum Tab. I. exhibetur, musculi obturator internus, coccygeus, pyriformis & psoas prodeunt, etiam glutei pars, & pudendi erector: internos primum, gluteum & erectorum deinceps, abdominis musculos ultimo describam.

Obturator igitur internus, insignis musculus, variis capitibus contra inferiorem peccinis partem orsus, Tab. I. fig. I. & II. r. 17. ac z. fissura u., l. FIG. I. transiit vasis, ac nervo foras per canalem ossis pubis progredientibus, 2, l, t, concedit, aperturam etiam, secus nimiam, claudit ac firmat, quanta ea sit in Fig. II. propter sublatum musculum videri potest. FIG. II.

Fibrae hujus omnes radiatim collectae in caudam migrant, quae ex aliquot tendineis fasciculis composita super Ischii superficiem, laevem, & cartilagine crufatam, a, b, c, d, e, veluti super trochleam movetur. Ex eādem hāc superficie eminentiae binae, ternae, plures aliquando elevantur, quae inter tendineos fasciculos sē insinuant: vel potius otio luxuriant.

Adjungunt vero sē ejus carni, modo quo diximus ortae, fibrae permultae à ligamento prolatae, quod foramen magnum obturat, ut in praecedentibus §. 4. adnotatum est.

Qualis apertura sit, quam tendo occupat, & quomodo à ligamentis undique defenditur, figura secunda evidenter declarat.

Coccygeus singularis prorsus est musculus, qui ligamentum sacro-ischiadicum potius tendere, quam coccygem mouere videtur: oritur à toto margine interno quatuor ossiculorum coccygis, & ab ossis sacri processibus binis inferioribus, aliquando ab ultimo, quemadmodum Magnus Albinus notavit; accipit etiam multas fibras à ligamento sacro-ischiadicō brevi, cum quo processu acuto Tab. I. fig. I. & II. p. inseritur.

Videtur coccygem introrsum mouere, praecipue tamen ligamento sacro-ischiadicō robur addere, quō valentius motui muscularum abdominalium resistere possit. Diaphragma secus unā cum hypogastrī muscularis ligamentum illud adeo relaxarent, ut restituere sē omnino non posset, quemadmodum mulieribus, post partum, saepe contingit. Ex toto hunc musculum coccygi adscriberem, nisi & ossi sacro inféreretur, & primum coccygis officulum cum sacro saepissime coalesceret.

Pyriformis seu iliacus internus, insignis musculus, tribus capitibus à totidem intermediis corporibus ossis lati oriundus tendine suo pelvī egreditur, ut ossis femoris trochanterem majorem attingat, cui implantatur. Tab. I. fig. I. AA. BB. CC. & II. b, i, z. is ischiadicis nervis, & hy- TAB. pogastricis vasis fulcimentum praebet, & pelvī eā parte claudit. FIG. I. & II.

Psoae quoque pars insignis z. pelvis cavitatem auget, & profundorem reddit, quod facile percipi haud potest, nisi dum pelvis eā ratione, quā exhibui, conspicitur. Sustinent, ac carnis suę mollitie imprægnatum uterum commode excipiunt tensi, reliquorum omnium instar turgescunt, & pelvis amplitudinem minuunt; pariturae igitur, quo facilius foetus pelvī ingrediatur, resupinae ita collocari debent, ut feminibus earum ilia comprimantur.

Gluteus major praeter musculos descriptos pelvī ab inferiore parte FIG. I. confirmat, ut in fig. I. DD. cernitur.

Colis erector vero in viris, EE, FF. ac clitoridis in feminis extra pelvī situs est; ischii enim tuber, & ossium pubis orae recurvatae sunt in exteriora. id summi usus est in partū, ne, dum foetus capite exit, contundatur. Origo hujus & situs adeo conspicue in I. & II. fig. Tab. I. depicta sunt, ut ulteriore declaratione non indigeant.

Ab anteriore parte vero dum erectores contemplamur, quemadmodum eos Tab. II. exhibuimus, eorum decursus, & cum vicinis nexus TAB. melius videre possumus. tendineus scilicet, ab interno margine ossis ischii II. ortus, p. mox carneus evadit, & exteriori parti corporis spongiosi in utroque latere infératur. O. quō melius totus conspicui possit, cum seorsim FIG. I. & II. Fig. V. A. B. delineavi.

Imi ventris musculos peritonaeo investitos conservavi, ut spermatorum ac cruralium vasorum egressus conspicui possit; figura tamen eorum in universum cernitur Tab. I. fig. I. H. H. recti imago, Y. transversi, & Iliaci interni. in Tab. III. fig. I. Recti abdominis tendo, & I. origo ex pubis summā orā, A, S. etiam pyramidalis T, S. & aponeurosis obliquorum A, I. conspicua sunt. FIG. I. III. FIG. I.

B

§. II.



TAB. §. 11. In perinaeo autem cute, pinguedine, ac inguine remotis, quemadmodum in Tab. II. fig. I. sequentes musculi manifesti sunt, quos nunc recensabo.

Sphincter ani externus orbicularis quodammodo musculus, sed in mucronem antrorum, ac retrorsum migrans, coccygis ultimo ossiculo, C. inferitur; opposita parte ad acceleratorum initium B. fertur, cui, & transversis perinaei musculis, ubi hi coeunt sub B, fibras suas immiscet.

Hactenus cum accuratissimā Magni Albini descriptione, convenit, ab ejus figurā Tab. Muscul. XII. fig. XXXVI. datā prorsus differt. Ita enim sphincterem repraesentari curavit, ac si altius super bulbū urethrae progrederetur, quod neque cum suā Historiā, neque cum Santorini iconē, quam citat, congruit. Suspicor à nimis accurato caelatore factum fuisse, cui haec sphincteris pars in erecto, ac integro cadavere infra horizontem sita propter opticas regulas, altius ascendens apparuit.

Sphincter ani internus F. G. H. I. annulus carneus est, ut Albini ver TAB. bis utar, qui egregie eum in muscul. Tab. XII. fig. XXI. & XXII. de FIG. I. pinxit; observavi aliquoties muscularares fibras radiatim ex anno super utrumque sphincterem excurrentes; forsitan hae cutim ejus laxam tendunt.

Transversus perinaei alter Q. Q. erectoris quasi adjutor; tendineus etiam oritur, sed paulo infra eum: adjacet ipsi juxta longitudinem, ita ut unum muscūlū formare videantur, Q. G.

FIG. V. Abit autem in tendinem latum Fig. V. F. E. D. qui, cum acceleratore urinae saepe intime unitus, corpori cavernoso inseritur latā superficie E, D. etiam aliquot fibris urethrae bulbo.

Accelerator urinae elegans musculus, cuius fibrae oblique sursum & extorsum ē mediā perinaei parte procedunt, ut in fig. I. K, L, M. carneus vel densior est ubi incipit propter fibras, quas à transverso perinaei, & ossē pubis acquirit. Capita ejus seu cornua saepe se inserunt commissurae bulbi urethrae & corporum cavernosorum pudendi, quemadmodum Albinus ea Tab. Muscul. XII. fig. XXXVII. depinxit. aliquando, neque raro, etiam utrinque ipsa cavernosa corpora adscendent, iisque à latere illigantur. Vesalius (a) igitur non absque ratione notat acceleratores invicem direntes corpora penis nonnihil digitorum modo amplexari. Le Dranus (b) eum eodem modo depinxit, etiam ex adolescente Foubertus (c); non immerito igitur Winflowus (d) acceleratores, quamquam in omnibus id non eveniat, capitibus suis cavernosa colis corpora amplecti, iisque lateraliter inseri scripsit.

Accelerator tendineus est eā parte, quā, uti jam indicavimus, cum transverso altero perinaei jungitur.

Ad *Perinaei transversum* nunc venio, is insignis aliquando musculus TAB. est, Tab. II. fig. I. SS. in quibusdam tenuis, in eodem corpore saepe diversi roboris, quemadmodum in hac figurā patet; dexterior enim sinistri tenuior est. oritur autem non longe à principio transversi alterius similiter tendineus; dein carneus ad medianum perinaei partem progressitur, ubi se acceleratori adjungit, & sphincteri ani externo.

Levator ani ab anteriore & inferiore parte satis conspicuus est, in FIG. II. fig. I. V. manifestior autem in Fig. II. Oritur utrinque unus ab sphinctere vesicae vel proprie urethrae, etiam à triangulari ligamento & d. Fibrae multae à priore parte chiasma insigne formant s, quaedam cum acceleratore junguntur. Valentiores autem sunt à lateribus, unde & à parte spinae omnes veluti radiatim ad anum incedunt, & interno sphincteri I. F. G. H. inseruntur, seu potius commissentur.

Hac ratione Eustachius Levatores Tab. XXXVII. depinxit, & Martinus commentatus est. alvum firmant & attollunt, dum ambo simul agunt, uti propter consuetudinem semper.

FIG. I. Reliqui musculi, qui sublati integumentis hic in conspectum veniunt, sunt gracilis v. adductor magnus w. x. & gluteus magnus. y. z.

(a) Lib. II. Cap. XLIX. p. 273.

(b) Parallèle de diff. &c. Tab. II. fig. I. LL.

(c) Mém. de l'Acad. de Chir. Tom. I. Tab. IV. GG.

(d) Traité du bas Ventre. §. 572.

§. 12. Musculis absolutis Ligamentum Urethrae triangulare aggregatur, quod, quamquam ad ligamentum plus quam ad musculum accedit, mihi videatur, medium tamen naturam habet. Alligat urethram, & prostatam glandulam pubis synchondrosi, urinarii meatus bulbū excepit, & perinaei musculis robur, atque commodam praebet insertionem.

Winflowus (a) illud pro expansione ligamentosā habet, cui tamen fibras muscularares attribuit, quas anteriorem vesicae partem adscendere docet; inest vero quaedam obscuritas. Weitbrechtus (b) has ligamentosā expansiones Santorini ligamenta nova esse defendit, neque sine ratione; Santorinus (c) enim geminas productiones interdum deductas, interdum latas in priorem prostatae faciem, ac in proximum ani levatoris tendinem inseri, etiam ad obtusum angulum in summā ejusdem prostatae facie ac vesicae viciniā concurrere scribit. has in explanatione Tabulæ suae secundae, Fig. II. N. N. nova prostatae ligamenta nuncupat.

Ab internā pelvis parte illa examinavit; si à priore, eadem ratione, TAB. quā haec ligamenta Fig. III. ♀, x. exhibuimus, delineasset. FIG. III.

Optime omnium Douglassius (d) id ligamentum definit, vocavitque triangulare: en verba ejus! „, inter ramos ossium pubis lateraliter „, ligamentum latum, tendinosum, & validum vadit, quod adjacet hi „, sc̄ ossibus ad ipsorum commissuram, sed maxime ad crura corporis „, cavernosi penis, & inferius ad superiore partem Sphincteris ani. in „, medio hujus tendinosi septi magnum foramen est pro transmittendā „, membranosa angustiore parte urethrae suo musculo testae; hinc vero „, oblique toto decursu usque ad inferiorem suam oram dividitur.

Hactenus ejus descriptio cum figuris nostris apprime convenit, praesertim cum III. ♀, x. superaddere debo fibras radiatim esse dispositas, muscularares tamen eas fuisse adfirmare non audeo (e).

Foubertus (f) ligamentum illud in sinistro latere clare satis, alte vero nimis ratione bulbi urethrae exhibit: pubis & vesicae ligamentum ab eo vocatur.

Le Cattus (g) ligamentosae, aponeurotiae ac cavernosae texturæ esse adnotat, similem usum etiam ipsi attribuit: prostata scilicet ab eo defendi, & unā cum vesicae collo pectini illigari.

Albinus (h) idem illud ligamentum in Musculorum Historiā descripsisse videtur, animadvertisit enim acceleratorem inde posteriore parte oriri.

Diutius descriptioni hujus ligamenti inhaesi, quia in calculi sectione magni momenti est; praesertim si simul consideratur plexus venosus, quā à priore parte tegitur, uti videri potest Tab. II. fig. II. s, d. FIG. II.

§. 13. Pudendi positus & nexus cum vicinis etiam attentione digni sunt; à recurvatis oris ischii duo spongiosa corpora unā cum erectoribus oriri docuimus; ea contra pubis synchondrosin in unum coeunt, ita tamen ut sepimento à se invicem distinguantur, uti in Tab. III. fig. I. s, t. TAB. Urethrae bulbus etiam cum iis coit, r. hac ratione pudendum compo- FIG. I. sum, primum adscendit juxta pubem ad orae superioris altitudinem, quā incurvo ductū dum flaccidum est, iterum introrsum incedit.

Toto hoc intervallo cum ipsa symphysi non nisi laxe unitum est, retinetur autem ligamento, quod ab usū suspensorium audit. Id ex pluribus membranis compositum à linea albā multum supra ossa pubis oritur I. A. etiam à commissurā eorum A, B. inde deorsum ad penem tendit, quem retinet, & pubi illigat. In cadaveribus vero propter ligamenti laxitatem, in

(a) Traité du bas ventre. §. 659. pag. 732.

(b) Syndesm: sect. 6. §. 12.

(c) Cap. X. §. 17. pag. 198.

(d) Cyftom. Chefeld. p. 19. §. 5.

(e) In cadavere quod A. MDCCCLXII. mense novembr. dissecui, id ligamentum sere totum muscularē erat.

(f) Mém. de l'Acad. R. de Chir. Tom. I. p. 664. Tab. IV. H.


(g) Ibid. p. XVI. Tab. VI. n.

(h) Pag. 321.



TAB. in vero loco pudendum vix retineri potest: retinui tamen quantum possum: tui, ne urethrae figuram amitterem.

Urethrae bulbus, & ejus apophysis β . K. pulchre à latere conspici possunt: ejus latitudo vero ex II. fig. Tab. II. percipitur. Locus vero, quod urethra bulbum excipit, mox infra commissuram ossium pubis est, in mediā parte ligamenti triangularis; idcirco paululum à commissurā ossium pubis distat, ut in Tab. III. fig. I. videtur est: in vivis forsitan paulo altius sita est. In demittendis Catheteribus saepe ipsa commissura seu pubis arcus ligamentosus, forsitan ligamentum triangulare, obstat. Aliquando sū sponte catheter illabitur in vesicam, praesertim si, quod veteres tantum cum emphasi monuerunt, coles super instrumentum versus umbilicum ducitur. Haec autem in quarto capite uberioris pertractabo.



CAPUT SECUNDUM.

De Arteriis venisque Pelvis, & Perinaei.

Videbatur prioris libri ordo requirere, ut nervos primum, vasā deinceps describerem: verum quoniam majorum nervorum radices solae, & non nisi paucae propagines intra pelvem, & in perinaeo occurruunt, eos post vasā, quibus omnes fere ex toto obtieguntur, trahere constitui.

§. 1. Aorta.

TAB. Arteria aorta, Tab. I. Fig. I. a, c. hic mox supra mesentericam inferiorem resecta, mediae vertebrarum lumborum parti adjacens, ad lamellam cartilagineam 33. inter primam & secundam lumborum vertebram G, H. descendit. In transitu utrinque arteriolam y demittit ad lumbos.

Dirimitur eo loco in duas Iliacas, e, d, e, & e. quae ad radicem resecta est. Multi vero diremptionem hanc, quemadmodum Cl. Martinus (a) recte animadvertis, male determinant: elatiōnē enim loco plures observata fuit, demissiori nunquam. Plerumque autem haec divisio à me ad altitudinem secundae vertebrae lumborum observata est, aliquando altius: immo, semel me venae cavae divaricationem (quae semper arteriā humilior existit) ad corpus tertiae vertebrae lumborum vidisse, in dissertatione, quam Mauricai Belgicae editioni adjeci, adnotavi (b), quod altius est quam Eustachius eam Tab. XXV, & XXVI. exhibet.

III. Hallerus in Fas. VIII. Tab. I. eodem modo, quod Eustachius, hanc diremptionem repreäsentavit: in explanatione vero I. Tab. pelvis Fas. IV. not. (2). in quartā lumborum vertebrā aortam findi scribit, vel superius in corpore, vel inferius in cartilagine, quemadmodum in nostrā Tabula: nam ejus quarta, nostra secunda vertebra est, quia Magni Albini ordinem sequimur. Patet igitur eum varietatem in Fas. VIII. depinxisse, quanquam ejus mentionem non faciat: videtur etiam Eustachii Tab. XXVI. non ex industria examinasse; nam non in Cartilagine inter quartam & quintam eam divisionem Eustachius exhibuit, sed inter tertiam & quartam, ut Martinus indicavit. Winslowi (c) descriptio accurata quidem non est, à vero tamen tantum, quantum Martinio visum fuit, non aberrat; ultimae enim, five primae lumborum vertebrae divisionem applicat.

Si quod frequentissime accidit, depingere voluisse, altiorem hanc divaricationem exhibuisse; malui autem naturam sequi, & hanc de diversitate occasionem amplecti. Reticere autem non debeo, in aliquibus spinis sex vertebrae lumborum observari, duas tales in museo meo asservo; divisio arteriae aortae tunc longe altior est, quam si quinque darentur. In viris vero, ut finem huic disputationi imponam, varietas illa tanti momenti non est, quam quidem in feminis prægnantibus: comprimerentur enim haec vasā ab incremente utero, si, ut Vesalio vel Cowpero placuit, diremptio sita esset: unde infinita incommoda oriri necessario deberent, quae elatiōnē aortae divisione omnino præaccidentur.

(a) Comment. in Eustach: pag. 248. §. 18.

(b) Pag. 15.

(c) Traité des artères. §. 228. pag. 386.

Aortae haec binae propagines quoniam oblique extrorsum ad ilia pro- TAB. cedunt, Iliacae arteriae vocantur.

§. 2. Arteriae Iliacae.

Hae simplices usque ad oram carneam pelvis à Psois factam utrinque TAB. Tab. I. Fig. I. d, in binos dividuntur ramos, quorum prior iliacus vo- FIG. I. catur, donec ligamentum Falloppii subit, hypogastricus alter, qui in pel- vim discurrit.

Musculi vicini sanguinem ab iliaci accipiunt, Iliacus scilicet internus, Φ . cuius arteria tota venā i. obtigitur, haec etiam foras progreditur, & inguinali ramos impertit: Eustachius Tab. XXV. n. 2. H. H. has ramifications eleganter exhibuit.

Iliaca tandem recto abdominis musculo insignem ramum tribuit, qui Epigastricī nomen accepit, cuius descriptionem nunc aggredior.

§. 3. Arteria Epigastrica.

Epigastrica velut sub Falloppii ligamento ex Iliacae extremā parte orsa incurvo itinere sursum adscendit, ad rectum abdominis musculum, cui & peritonaeo vicino sanguinem tribuit. e, f, g. truncus postea juxta totam posteriorem recti superficiem utrinque ramos spargendo versus thoracem accedit, & cum mammariā internā unitur variis ramificationibus, quod notum nimis est, quam ut diutius inhaereamus.

Ad ejus originem redeo, ut angulum accuratiū examinem, quem, Eustachio & Cowpero exceptis, omnes male repreäsentasse Martinus (a) animadvertis, angulum hunc omnes acutum depingunt, qualis nunquam in homine deprehenditur, sed obtusus, uti, d, e, f. Error inde oriri videtur, quod collapo abdome has partes exhibeant. In simiis vero acutum esse angulum observavi.

Arteria cum venā epigastricā simul ad rectum musculum incedit, haec vero pubi, illa ilium ossi propior est. funiculus spermaticus, w, v, x. in v. abdomen egrediens arteriae adjacet; in herniis igitur inguinalibus arteria & vena Epigastrica versus pubem à prolapsis intestinis compelluntur, & radicibus suis sub herniis sitae, nullo modo in bubonoceles curatione scalpello attingi possunt. Suspicio Chirurgos deceptos fuisse magna & violenta profusione sanguinis, quae ex pudenda externā semper provenit, simul ac scrotum secundum longitudinem dividitur. De his vasis, ubi de Bubonoceles chirurgicā curatione tractabo, uberioris agam.

§. 4. Arteria Hypogastrica.

Iliacae alter ramus, ventris imi arteria, Hypogastrica audit, Tab. I. TAB. fig. I. d, b. cuius ramus interior b, k. umbilicalem, hic ad radicem ab- FIG. I. scissam k. deinceps obturatricem arteriam k, l. emittit; quae per canalem ossis pubis foras progreditur, & per femoris musculos anteriores sanguinem distribuit: in transitu vero ramulum l, m. musculo obturatori interno impertit.

Hypogastrica b, k, porro ramos k. n. & o. vesicæ atque intestino reto, viciisque partibus largitur, paulo post sub ligamento sacro-ischiadicō delitescit: subito autem pelvem reintrat per triangularem aperturam inter utrumque ligamentum sacro-ischiadicum, quam tendo obturatoris implet, atque pudenda interna vocatur p, q, r. de quā postea agendum.

Hypogastricae ramus alter, exterior, b, i. pelvem cum pyriformi exit, atque per gluteos distribuitur: eleganter Eustachius hunc Tab. XXIV. N. 2. 4. depinxit. Martinus (b) videtur hanc arteriam internam five Iliacam posticam appellare; minus apte tamen, quia hypogastricae arteriae ramus est. Winslowus (c) eam convenientius clunium arteriam nuncupat. Illustr. Hallerus (d) interea, quam Iliacam posticam Martinus vocat, Ischiadicam; ejusdemque divisionem superiorem, Iliacam posteriorē

(a) Pag. 251.

(b) Ibid. pag. 233. §. 3.

(c) Traité des artères pag. 388. §. 242.

(d) Fas. IV. Tab. Pelv. III. T.



TAB. riorem appellat. Quamquam satis superfluae variae haec denominationes sint, tamen earum distinctio summopere necessaria est, ne quis putet Martinium inter hanc, & magnae cruralis ramos posteriores anastomosin, seu unionem, posuisse. Ill. Hallerus anastomosin inter has arterias Tab. III. Pelvis T. V. a, b. dilucide expressit: etiam aliis cognita fuit.

Vulnera arteriae cruralis prope inguen facta forsitan propterea absolute lethalia non sunt; ligari enim, & inuri potest cruralis. Credibile etiam est pedem, ramo anastomosin faciente dilatato, nutritum iri eodem fere modo, quod cubitus, quando propter aneurisma brachialis arteriae truncus ligatur excipitur.

§. 5. Pudenda interna.

Accuratus perpendenda est; docuimus paulo superius eam hypogastricae ramum esse, o, p. Tab. I. fig. I. hic sub ligamento sacro-ischiadicco progrediens juxta marginem interiorem ossis ischii, p, q. adscendit ad genitalia ramo q, r. dirimitur autem eo loco in duos ramos, quorum unus r, s. per dorsum penis distributus superior, alter juxta urethrae bulbum decurrens inferior dicitur.

Inferior utrinque inter erectorem, transversum perinaei, ac acceleratorem urethrae foras incedit, quemadmodum in Tab. II. fig. I. l, m, n, o, p. cernitur, ubi undique ramos minores musculis, cuti reliquisque partibus vicinis exigit, donec in praeputio definit.

TAB. Superior r, s. Tab. I. fig. I. sub synchondrosi ossium pubis utrinque progressum, & primum ramum insignem dat bulbo urethrae u. deinde per penis dorsum, ramulis minoribus undique emissis ad glandem ejus, ac praeputium, discurrit. Eustachius hanc arteriam pulchre expressit Tab. XII. fig. I. t, u. & Tab. XXV. N. 2. 36.

Arteriam pudendam omnes fere anatomici admodum obscure exhibuerunt. Le Dranus (a) ramifications majores quidem satis bene, sed extra situm. Le Cattus haud meliori successu, licet pudendae binos ramos (b) satis bene expresserit. Pallucci Chirurgis lithotomis magis profuit, depinxit enim ramum inferiorem perspicue, ut laesio, quae rara non est in calculi sectione, evitetur. Foubertus omnes arterias extra positum, & scenographice delineavit, quod Chirurgis prodesse non potest, nisi in sedibus suis naturalibus haec vasa exhibentur. Ill. Halleri conamen etiam irritum fuit, in quinque tabulis enim vasis sanguiferis pelvis destinatis, nihil distinete, omnia mirum in modum mutata, atque extra situm exhibuit. Si Chirurgis & Medicis prodesset cupimus, oportet, ut vasa depingamus, qualia in emortuis occurserunt, nunquam vero cerata turgida, à vicinis separata, atque exsiccata: innumeris enim erroribus haec artificiosa methodus ansam dat, quemadmodum ex Halleri tabulis liquet, ubi illa vasa praecipue mirum in modum capreolizantia exhibentur, quae simplicia & uniformiter progressa depinxit Eustachius.

Quam misere vasa haec contundi possint, quando calculus magnus, vel vulnere nimis parvo facto etiam exilis, extrahitur, praesertim, si directio negligitur, patet ex figuris nostris, & eorum decursu juxta marginem ossis pubis.

§. 6. De Venis in Pelvi & Perinaco sitis.

Ad venas progredior, quarum situs, divisio & ramifications ab arteriis non multum diversa sunt. In universum autem id notabile est, quod intra pelvem arteriae super venas, in perinaco venae super arterias veheruntur. Venae etiam pleraque arterias concomitantur, paucis exceptis, crebrior enim est inter venas anastomosis; quemadmodum Tab. I. fig. I. inter iliocam d. & obturaticem r. mediante d, e, r. Ramus e, r. similiter hypogastricam cum pudendâ internâ, & hanc ramo d, x, r. cum obturatrice, epigastricâ, & iliocâ, conjungit.

Vena cava, in dexteriore lumborum parte sita, ubi in Iliacis dirimitur, sub aortâ procedit, uti patet in resecto trunco a. & firmiter etiam vertebris inhaeret.

(a) Parallela &c. Tab. II. Fig. I. LII.
(b) Tab. VI. Recueil &c.

Iliaca, antequam epigastricam exhibit, ramum insignem r. exigit, qui TAB. unâ cum arteriâ, quam totam obtagit, flectitur juxta ossis ilii cristam, FIG. I., unde vena circumflexa ilium III. Hallero nuncupatur. Eustachius utramque venam & arteriam Tab. XXV. N. 2. H. depinxit.

Vena obturatrix plerumque gemino initio, v, r, e, r. oritur, quod à Galeno (a) etiam adnotatum est; venae haec iterum se mutuo continent, & obturaticem gignunt, quae inter duo capita musculi ejusdem nominis unâ cum arteriâ & nervo ad exteriora porrigitur.

Pudenda, cum arteriâ ligamentum sacro-ischiadicum subit, ac ramum dat x, r. qui hic resecus, haemorrhoidae venae originem praebet.

Venae pudendae utriusque lateris sub synchondrosi ossium pubis conjuguntur, formantque unicam venam a. quae sine pari dorsum penis perrepat. de hâc Eustachii Tab. XII. fig. I. omnino consuli debet.

Venae hae pudendae similiter cum vesicae venis plexus admirabiles formant, unum, qui Ligamento trianguli exteriū adjacet. Tab. II. fig. TAB. II. e, d alterum interiorem, qui urethram & prostatam amplectitur. Santorinus hunc egregie exhibuit (b); venas vero propter amplitudines finis vocat.


Vena autem pudenda inferior, ejusdem Tab. I. fig. I. p. t. propago, infra transversum perinaei musculum S, Tab. II. fig. I. b, e. & d, e. unâ cum nervo erumpit, in sinistro latere eam resecui, in dextro tota apparet, unâ cum ramis, quos undique spargit. d, e, f, g, h, i, k, l. E. vero est haemorrhoidea.

Ex situ venae Iliaceae patet, quantum in gravidis ab increcente utero comprimi possit, unde pedum intumescens, varices, etiam pudendi anasarca oriuntur.

§. 7. De Iliacâ Glandula.

Circa majora vasa multae semper glandulae congregatae occurunt: ad inguina, quemadmodum ad alas, quamplurimas observamus, quae etiam ductu veluti continuo intus vasa concomitantur. insignis hoc in cadavere erat iliaca r. d. Tab. I. fig. I. quam silentio praeterire nefas duxi, quoniam Nuckius (c) huic & aliis in vicinis sedem obtinentibus usum egregium attribuit, quem Chylifero ductui lympham affundendo praestarent.

Videntur Iliaceae cum inguinalibus, & funiculi spermatici glandulis intimam unionem habere; in farcocele eas aliquando ad capitib magnitudinem intra abdomen increscere Le Dranus (d) autor est.



CAPUT TERTIUM.

De Nervis intra Pelvem, & in Perinaco conspicuis.

Ex lumbalibus nervis duo inferiores pelvem ingrediuntur, ut cum quatuor sacris uniti, admirabilem illum plexum forment, quem Tab. I. fig. II. exhibui. is profecto nunquam, nisi pelvi per medium se TAB. clâ, clare depingi potest. Eustachius, quod excepto nemo nervorum tra FIG. II. mites in vero situ representare ausus est, plexum hunc neque secundâ figurâ Tabulae decimae & octavae, neque Tabulâ decimâ & nonâ ob oculos ponere potuit, quoniam pelvem ab anteriore parte adgressus est.

Verum, quando musculos unâ cum nervis picturâ comprehendimus, nervorum exitus non adeo manifesti sunt, quam quidem desiderari posse videntur. Minoris autem momenti id incommodum existimabitur, quando quae in principio hujus operis praefati sumus, in memoriam revocantur: quod quidem omnes nervos in universum, sed praeprimis eos ico-

nibus

(a) De diffeſt. Venarum Lib. I. Charter: Tom. IV. Cap. IX. pag. 238. D-E.

(b) Ibid. Cap. X. §. 18. pag. 198.

(c) Adenograph. curios: pag. 71. 72. confer etiam Meckelii diff: Epist. de vasis Lympaticis & gland: conglob: pag. 98.

(d) Oper: de Chirurg. pag. 189 & seq.



TAB. nibus exhibere volumus, qui à ceteris vel omnino non, vel minus accurate delineati sunt. Sed ad nervorum explanationem potius revertor. Brachialium nervorum plexum quando cum Ischiadicu[m] comparamus, magnam inter utrumque convenientiam comperiemus: nam, quemadmodum thoracis bini superiores se cum cervicalibus ad brachiales formandos, ita inverso ordine lumbalium duo imi cum sacris se conjungunt ad formandum Ischiadicu[m], qui clunibus, femoris posteriori parti, cruri ac pedi nervos largitur.

Praeter ischiadicu[m] nervi sacri, pudendi, ac sedis nervos constituant, de iis igitur, ac reliquis intra pelvem sitis nunc singulatim agendum.

§. 1. Nervus obturator, seu cruralis posterior.

Egregium hunc nervum lumbales tres intermedii efformant, conspicuus tantum est ejus truncus Tab. I. fig. II. 1. 2. 3. Eustachius ejus varias origines Tab. XIX. eleganter exposuit. Radices autem frequentius ex tertio & quarto lumbali exigit; aliquando, quod etiam à Monroe notatum est, è tribus superioribus, nunquam vero ex lumbali quinto.

Obturator in principio psoae capitibus anterioribus obtegitur, quemadmodum in sinistro latere Tab. XIX. Eustachii videri potest; deinceps chordae instar juxta psoam progressus foramen magnum, seu canalem ossi pubis insculptum Tab. I. fig. II. E. 2. o. intrat, transitque, ut adductori magno aliisque musculis vicinis, etiam cuti ramos tribuat. Galenus (*a*) eum optime verbis, Eustachius (*b*) tabulis suis comprehendit.

Impertit autem ramos diversos obturatori musculo interno 1. 3. etiam externo.

Gravidae propter compressionem hujus nervi, ex diverso situ foetus, de stupore ac dolore femoris saepe conqueruntur, qui, mutato situ foetus, aliquando protinus cessant.

§. 2. Nervus inguinalis.

Lumbales etiam exilem ramum ad inguen & cremasteres musculos demittunt. Tab. I. fig. II. 27. 28. decurrit juxta psoae minoris tendinem ad ligamentum Falloppii, quod subtergreditur ut foras in inguinales glandulas excedat, & in cremasterem musculum, quemadmodum Eustachius hunc inguinalem Tab. XIX. N. 2. *o*, & Tab. XXI. H. I. exhibuit. Clar. Coopmannus (*c*) hujus nervi exactam dedit descriptionem.

Ramus ad cremasterem pertinens etiam ulterius fertur, atque cum ramis nervi pudendi inferioris unitur. Consensus inter urethram & testiculos ex hoc conjugio pulchre explicari potest, & symptomata illud, quod, in gonorrhoeis virulentis saepe obvium, à Sydenhamo testiculorum rotatio vocatur: etiam bubo venereus.

In farcocele cancrosum virus haud dubie hujus nervi ope cum conglomeratis glandulis Iliacis communicatur: lethalis forsitan aliquando testiculi amputatio est, quemadmodum Le Dranus multis observationibus fancivit.

§. 3. Nervus Ischiadicus.

Nervus hic ex binis inferioribus lumbalibus, Tab. I. fig. II. 4. 5. 21. 22. & è nervis sacris quatuor superioribus componitur, doctrinae & perspicuitatis causa dividi potest in partes quatuor, quibus veluti totidem radicibus in unum truncum coenitibus constat.

Prima igitur uti jam diximus ex ultimo ac penultimo lumbali orsa, ramum abegat 4. 21. versus exteriora, ubi per gluteos distribuitur. Con tegitur autem ea ischiadici pars hypogastricis vasis, eorumque internis ramis adeo, ut vix, quemadmodum in Tab. I. fig. I. conspici queat. Martinius (*d*) eandem originem huic radici attribuit.

(*a*) Anat. administr. Lib. III. Cap. X. Chart. Tom. IV. p. 84. E.

(*b*) Tab. XIX.

(*c*) Monro Tract. de nervis. Latine redd. Ed. altera. p. 188. not. a.

(*d*) Ibid. p. 224. §. 17.

Altera ex primo sacro orta Tab. I. fig. II. 6. 5. cum praecedenti TAB. ansam insignem format, quam arteria *Iliaca postica* Martinii (§. 4. FIG. II. Cap. 2.) unà cum venâ transit, ut in fig. I. hujus tabulae h. i. D. cernitur.

Tertia vero fig. II. 8. 7. ex sacro secundo nata cum superiori denuo ansam efficit, quâ pyriformis portionem v. k. 7. excipit. Obtegitur aliquando eo musculo, aliquando ab origine nuda ad plexum incedit.

Quarta tandem, ex sacro tertio interdum solo oritur: interdum vero tertius nervus sacer cum secundo unitus ramum emittit ad plexum ischiadicum, quemadmodum in hoc subiecto. 9. 10. 23. inconstans semper natura in his plexibus contexendis observatur. Quantae elegantiae & texturae sit plexus ipse ex figurâ secundâ melius, quam ex longâ verborum ambage colligi potest; transeo igitur ad modum quo è pelvi foras progreditur.

Ischiadicus nervus hâc ratione compositus unâ cum pyriformis musculi caudâ foras ducitur, ut per gluteos, femoris musculos posteriores, reliquumque pedem distribuatur; quemadmodum ab Eustachio Tab. XX. depingitur. Aliquando ramum obturatori interno impertit, quod Franequerae Anno 1753. nervos in adulti cadavere publice demonstrans, observavi: aliquando vero is musculus à pudendo nervo, ut in hoc cadavere. 11. 12. fig. I. Tab. I. accipit plura, quae quoniam extra conspectum sunt hic non addam.

§. 4. Nervus pudendus.

Nervus pudendus ex secundo & tertio sacro. 9. 10. inter se unitis TAB. oriundus, unâ cum arteria sub sacro Ischiadicu[m] ligamento 11. incedit; I. FIG. I. & II. reintrat vero subito pelvem, & musculo obturatori interno insignem ramum fig. I. 12. impertit: exigit etiam alios ramos 13. hic abscessos, qui coccygeo, levatori, ac reliquis ani & perinaci musculis nervos tribuunt. Aliquando nervus ex quarto sacro orsus supra coccygeum musculum de currit, eique inferitur.

Pudendus autem propriæ dictus, in utrâque figurâ. 14. in duos dirimitur ramos, quorum insignior ad arcum ossium pubis progreditur, ut penem in viris, clitoridem in feminis adscendat, atque juxta ejus dorsum versus glandem discurrat, cui, quemadmodum etiam cuti vicinae ac praeputio, nervos quamplurimos largitur: hunc dorsalem penis, seu pudendum superiorem vocare licet. Eustachius eos Tab. XXI. N. 2. K. delineavit; decurrent ab exteriore parte arteriarum, inter quas, seu in medio penis dorso, vena sine pari sita est.

Eiusdem nervi ramus alter. 14. 17. 20. 18. 19. musculo erectori nervos impertit, atque ramum singularem 19. demittit inter corpus cavernosum penis & urethrae bulbum, qui acceleratori urinae, colis parti inferiori, ejus cuti & praeputio nervos exhibit: etiam cum nervo inguinali §. 2. conjungitur.

Hic, quem à situ inferiore nominabimus, modis variis, ut nervi solent, extrorsum procedit, aliquando uno ramo inferiori, aliquando bis, quemadmodum in Tab. II. fig. I. 1. 2. & 7. 8. uno scilicet inter TAB. transversum perinaci & acceleratorem, altero infra transversum sparsò: II. FIG. I. uniuntur tamen inter se, 8. 2. hinc inde, quamquam in universum prior 1. 2. 3. 4. 5. 6. ad colis extremam partem pertingat, alter in mediâ desinat. Transversi perinaci musculi inde suos nervos derivant.

A pudendo communi etiam ramus nerveus, sed profundius situs, Fig. II. 11. 12. orsus per sphincterem vesicae, & urethrae bulbum FIG. II. spargitur.

Ex distributione pudendi communis deducimus facile, cur penem continuo attrahent digitis suis calculosi; & si reliqua signa conspirant, cur signum pathognomicum, in pueris praesertim habitum fuit? videtur dolor, (quod in primo Libro uberiori explicavi) in extremos nervos maxime saevire.

Dolor intensissimus in glande penis, de quo plurimi post sectionem calculi conqueruntur, à laesione nervi pudendi procul dubio oritur, quamquam

D



TAB. quam Ravius (*a*), ex consensu membranae internae urethrae super II. glandem penis continuatae id symptoma explicare couatus fuerit.

In sectione calculi aliquando nervi pudendi inferioris trucus percuditur, sive semper ramus profundior *ii. 12.* absinditur. In extractione calculi omnes nervi urethram amplexantes, & in perinaco siti neglecta directione instrumentorum frequentissime misere contunduntur, distracti suntque, unde abdominis tumor, nausea, vomitus & alia mala, quae in nervi Intercostalis historia *§. 7.* fusius explicabimus.

Patet tandem organa excretoria consensum magnum inter se habere necessario, quoniam ab iisdem truncis nervis propiciuntur.

§. 5. Nervi sacri.

Os sacrum plerumque ex interstitiis, seu foraminibus quatuor nervos quatuor, & quintum inter id & ossis coccygis primam verbetram emitit: ubi quinque foramina propter ankylosin coccygis cum sacro dantur, numerus nervorum sacrorum non augetur, sed coccygeorum minuitur.

TAB. *I.* Tres superiores descripsimus, superest quartus, 24. Tab. I. fig. II. qui per musculum coccygeum distribuitur; aliquando uti docuimus ad nervum pudendum accedit. quintus, uti quartus, musculo coccygeo inseritur; ramuli autem minores inter ejus fasciculos ab hoc, & à quarto, sacro procedentes ani levatoribus nervos exporrigit: forsitan etiam intestino recto.

§. 6. Nervi Coccygei.

Hi plerumque ad sacros referuntur; coccygeos autem vocare placuit, quoniam utrinque inter primum & secundum ossiculum egrediuntur, & nervum satis insignem singularem in unoquoque latere *26. r.* formant, qui ultimorum sacrorum instar per levatorem ac reliquos ani musculos distribuitur.

§. 7. Nervus Intercostalis.

Truncus admirabilis hujus nervi, quemadmodum ab eximo Eustachio Tab. XIX. in sinistro latere depingitur, secundum anteriora capita musculi psoae, & corpora vertebrarum lumborum versus pelvem descendit: eum vero, quia hæc figuræ comprehendere non potui, in sequenti Libro tertio integrum exhibeo.

Pelvem ingressurus intercostalis *a. b.* tenuior factus subito in ganglion magnum *b.* abit, quod ramum insignem ex ultimis lumbalibus *c. d.* acquirit. accipit illud etiam ramum *d.* ex sacro primo, nequiturque ganglio subsequenti *e.* quocum, involucris servatis ut in fig. I. velut unum oblongum *21.* efficere videtur.

Ganglion id secundum *e.* ex sacro primo ramum *6. e.* derivat; intercostalis inde ad pyriformem usque progreditur, atque iterum in nodum *f.* adsurgit, qui ex sacro secundo ramos *b. f. & g. f.* acquirens super pyriformem discurrit versus duplex ganglion *l. o.* quod ex sacro secundo *k. l.* & tertio *m. l.* surculos excipit.

Inde intercostalis trunco suo ad ultimum sacrum, seu coccygeum nervum *26.* progreditur, unitus sacro quarto ramo *24. o.* quinto *23. q.* atque ibi desinere videtur: forsitan propter exilitatem, & cellulosa subito cù in parte putrescentem ulterius investigari nequit?

In genere notari velim ganglia, eorumque cum nervis vicinis coniugia crebriora esse, ubi ischiadici, & pudendi nervi egrediuntur, atque ideo iis affectis vehementius concussum iri intercostalem.

Nervis descriptis ad symptomata accedo, quae ex eorum unionibus facile explanantur; ordinar autem à *pedum tremore*, qui *hystericas familiariis est*. In antecessum vero monere debo, omnia terribilia hysterica symptomata, quae tum in singulis, tum in universi corporis locis quotidianis videmus, ab acrimoniâ putridâ primas vias occupante omnino die.

(*a*) C. H. E. D. de itinere Anglicano, & Batavo. p. 115-116. etiam p. 121.

pendere; excrementorum enim foetor intolerabilis, fames, & alia quae TAB. *I.* praeter naturam sunt, rigorū & convulsionum accessū annuntiant. Res igitur ita se habere videtur: plexū mesenterico inferiori affecto, nervi omnes cum eo conjuncti, lumbales scilicet, & proinde crurales atque obturatores nervi afficiuntur. Si acrimonia tanta est, ut etiam rectum intestinum irritare queat, nervi ischiadici in consensum trahentur, rigebitque pes integer, concurietur, & per vices quiescat, donec animi deliquium tumultum sedet.

Infantum inferiorum extremorum convulsiones, ex ascaridibus rectum intestinum occupantibus, hanc theoriam confirmant.

Purgantia, etiam draſtica licet imprudenter adhibita, propterea forsan epilepsias spurias, choream sancti Viti, alias spasmoidicos sanarunt morbos, qui desperati à medicis habebantur?

Colica Piætonum etiam vehementer in crurales nervos saevit; diutius enim paralysis & debilitas perseverant in muscularis, qui ab his, & obturatoribus, nervos accipiunt.

Praeter extermorum resolutionem aliud explicatu difficilius symptoma, *ani introtractio* adest. Retrahi is sane non potest, nisi levatoribus, ac fibris iis longitudinalibus, quae ab intestino colo orsa, rectum undequaque ad anum usque amplexantur: in iis qui vehementer hoc morbo affecti erant, semper id symptoma observavi: quâ ratione vero id eveniat, non nisi conjecturâ assequi possumus.

Forsitan propter abdominalis muscularum paralysin, aut summam debilitatem, intestina intra pelvem tantâ vi non compelluntur, quam quidem in statu sano: aequilibrio igitur destructo ani musculi valentius agere, & anum altius elevare possunt & debent?

Forsitan intestina ipsa, & quidem omnia simul, ab irritabili mesenterio & mesocolo sursum versus diaphragma trahuntur? evidens autem est illud fieri posse; in iis enim qui suspendio vitam finierunt, omnia intestina stupendum in modum sursum coacta, & pelvem fere vacuam observamus. Videmus etiam haud raro in herniosis intestina ab ipso contracto peritonaeo constringi atque strangulari.

Igitur, si peritonaeum ita irritari potest, ut se contrahat, dubium nullum superest, quin etiam in Piætonum colicâ ab acri & vellicante materia intestina sursum cogi, & pelvis penitus evacuari possint.

Sola proinde atmosphaerae actio, etiamsi omnes ani musculi paralyticci essent, laxam illam atque carnosam pelvis partem intro premere deberet.

Facile ex iis colligimus quanti usus in tetterimo hoc morbo esse debeat, eccoprotica, laxantia, blanda, & obtundentia quaecunque: irritantur enim intestinalium fibrae nimium à delitescente acrimoniâ: hinc motus intestinalium peristalticus vehemens, & terribiles cruciatus, de quibus omnes in morbi principio conqueruntur.

Intestina muscularium tunicarum ope contrahi, etiam breviora reddi nemo negabit, agunt igitur uniformiter in ingesta, eaque propellunt, eodem modo, quo oesophagus: illa actio autem naturalis est neque dolorem adserit, verum, accidente acrimoniâ quâcumque vel caussâ pungente & irritante, in motum irregularēm intestina deducuntur, quem in vivis animalibus dum abdomen aperto viderent, vermicularem appellant anatomici. Contrahuntur inde penitus, aliquando applantanur fasciae instar, nunc sursum progreditur motus, nunc deorsum: atque eo modo nodi in tenuibus aliquando bini, terni, etiam ultra viginti in eodem homine oriuntur, aliquando versus eandem directionem hæ intestinalium intussusceptiones, aliquando in contrarium observantur.

In vivo atque sano homine cum motum dari in scholis publicis negavi, & nunquam nisi ab acrimoniâ vellicante, vel in agone mortis cieri docui. In herniis enim intestinalibus apertis, in canibus, quos absque ullâ præviâ strangulatione, aut vi adhibitâ, in privatis scholis aperiebam, nunquam aliquem intestinalum motum nisi moriente animali, aut attrectatis, seu cultri acie lacefritis intestinalis vidi.

Ad



TAB. Ad propositum redeo; dolorem atrocem in hac colicae specie oriri ex
I. inordinato, spasmodico & vermiculari intestinorum motu nemo ambige-
re poterit, qui excrementorum in eo morbo figuram attente considera-
verit; non enim humanis sed ovinis omnino similia sunt: quam formam
ex coli & intestini recti praeternaturali & saepe contraria actione acqui-
rere necesse est.

Accedamus nunc ad explanationem symptomatum, quae gibbosis superveniunt, & ab Hippocrate atque Celso notata sunt, *semina scilicet in iis, quorum vertebrae sub septo exciderunt, resolvi, urinam suppressi, interdum sine voluntate prorumpere*: his addere possumus etiam alvum ipsis invitis exonerari.

Medullà spinali, è quâ omnes lumbales ac sacri nervi profluunt, compressâ musculos omnes resolvi dêbere, qui ab iis nervos accipiunt, luce meridianâ clarius esse nemo negabit, quâ ratione vero adhucdum aliquo munere fungi possint omnino non intelliget, nisi ad intercostalem attendat, quo nervo à capite orto, & ab omnibus spinalibus supra gibbum ramos excipiente ex prudentissimo naturae consilio vesica & alvus prospiciuntur.

Hippocrates vero etiam sequentia prodidit, barbam iis ac pubem serius & rarius increscere; etiam infaecundiores existere, quam quibus superioribus partibus gibbus contingit: ratio videtur, quod quo cyphosis altius accidat, eò citius vertebrae consolidentur, & spina rigescat: quo demissius, eò difficilius; quoniam lumborum continuus motus concretiō nem vertebrarum corporum impedit. in eo casū igitur comprimuntur nervi lumbales & sacri diutius, neque nutrimentum genitalibus praebent sufficiens, ut maturescant. Secus barba & reliqua increserent ocyus, quia quo humilius gibbus accidit, eò plures rami ad intercostales accedunt, quibus genitalia pro maximā parte nutriti antea demonstravimus.

Insignem etiam usum intercostalis in functionibus naturalibus habet; intestino recto enim foecibus turgescente, inferiores hujus nervi propagines irritantur, quae integrum nervum subito in consensum trahunt, unde levis totius corporis convulsio oritur, qua etiam inviti foeces expellimus. Loquor de statu fano, in quo id naturae debitum, ceterum injundum, grato quadam per omne corpus sensu diffuso persolvimus. In dysenteria vero, aliisque a putrida materie pendentibus diarrhoeis, tenesmus oritur, quo crudeliter admodum excruciantur aegri. tenesmum etiam haemorrhoides producunt. Pueris, si tenesmus accidit, sedes propter universam laxitatem prolabitur: ideo etiam calculo laborantibus fere omnibus familiaris est ani prolapsus.

Quemadmodum in expellendis foecibus, ita etiam in partū ad foetum propellendum intercostalis cum omnibus nervis totius corporis unio extimii usus est: quò magis enim foetus capite pelvī ingreditur, ac nervos comprimit, eò conatus, & uti Harveo placuit, convulsiones totius corporis crebriores, & valentiores evadunt; disponitur tandem omne corpus ad promovendum partum; neque definit universus ille conatus nisi re peracta.

Venio nunc ad vesicae affectus, qui propter horum nervorum admixtandam cum reliquis sympathiam aegros saepe misere excarnificant. Inde igitur in retentione urinae voluntaria, nimium protracta, borborygmi, & colici dolores, qui urinam redditam protinus cessant. Inde in ischuriā, diu durante, abdominis intumescentia propter flatus, quibus intestina turgescunt: inde oculorum rubor, & anxietas, quae ingravescente febre mortem inferunt. Quis, quaeso, his perspectis, amplius mirabitur dolorem colicum perpetuum fere calculi vesicae comitem? quis tandem intestinorum laevitatem iis omnibus qui circa alvum sectiones pertulerunt, lethalem esse?

Lubet tandem, antequam finem huic capiti imponam, singulare illud symptoma commemorare, quod pluribus si non omnibus, ex pedum frigore accidit; praeprimis si humidum ac frigidum solum est, cui insistunt, vel insident: abdomen inde omnium primum afficitur, subcoritur colicus dolor, qui in diarrhoeam subito degenerat, si calor pedibus non admovetur. ratio evidentissima est: plantae pedum ab ischiadicis nervo propagines accipiunt, uti Eustachius Tab. XX. in dextro pede exposuit: ischiadicus vero, ut in nostrâ Tab. I. fig. II. patet, ramis sex

cum intercostali unitur, qui intestinis omnibus & nervis prospicit, & TAB.
cum reliquo corpore conjungitur: necesse igitur est, à frigore pedum ^{I.} FIG. II.
non modo intestina, sed etiam reliquum corpus affici.

C A P U T Q U A R T U M.

*De Figurâ & sitû Partium in Calculosorum curatione
scitu necessariis, & de incisione vesicæ secundum
Ravium, Chefdenum aliosque.*

§. I. **Q**uando corpus supinum collocatum est, quemadmodum TAB.
Ravius (*a*) solebat, super subsellium non admodum al- II.
tum, ita ut dorsum humilius sit, coxae paululum excitentur, tum su- FIG. I.
blatis integumentis communibus, ut in Tab. II. fig. I. ac scroto, quae-
cunque in regionis perinaei strato primo obvia sunt, commodissime
conspici possunt. Maxime vero ad pelvis aperturam rhomboideam, Δ ,
b, Ξ , **c**. attendendum, & ad spatium inter sphincterem ani externum
B, **D**. acceleratorem T. transversum perinaei alterum **Q**. & erectorem
P, ad tuber ischii Ξ . usque; in eô enim sectio lateralis instituitur, linea
T. **D**. parallelâ cruri ossis pubis, & ischii, per integumenta communia;
versus urethram vero profundius: musculus igitur transversus perinaei **S**.
sinister hâc ratione necessario abscinditur.

Catheteris vero manubrio versus inguen dextrum nimium inclinato, arteriae pudendae, venaeque & nervi a, 7. vulnerantur; etiam vasa haemorrhoidalia externa, si deorsum nimis producitur incisio.

Anus apertus, ut in mortuis semper, hic repraesentatur, qui in vivis, ubi metus adest, retrahitur; erit proinde centrum in F. loco A. atque linea, quâ vulnus externum designo, T. D. recte ducta.

§. 2. Sublatâ primâ rerum facie, seu vasis & musculis, quae stratum *FIG. II.*
primum occupant, quemadmodum in Fig. II. manifestum est, adparet
scalpellum vesicam, sive urethram attingere non posse, nisi ani levator
U. incidatur. plexus vasorum, qui ligamento triangulari ♂. incumbit,
etiam pro parte, nervus autem pudendus ad sphincterem vesicae, &
urethrae bulbum pertinens 11. 12. integer, abscinditur. Si praeter ne-
cessitatem prima sectio nimis deorsum protrahitur, profundiores haemor-
rhoidales arteriae & venae laeduntur; & eo ipso momento intestinum
rectum vulneratur: sanguis anum effluens certum hujus erroris indi-
cium est.

Interim nondum penitus persuasus sum, ligamentum triangulare & necessario laedi; praecaveri posse mihi videtur, si non nimis alte incipetur, seu finiretur urethrae & vesicae incisio. *Douglasius* (*b*) tamen observat Cheseldenum ligamentum illud continuo scalpello attingere, etiam Cowperi glandulam mucosam sinistram, sub hoc ligamento sitam, vel ejus ductum ab eo incidi. notare vero hic oportet Cheseldenum ab inferiore parte sursum secare, & ideo credibiliter illud ligamentum vulnerare: id autem supervacuum esse puto.

§. 3. Quando levatores ani prudenter removemus, prostata glandula, & urethra plexū venarum a , b , c , d . Fig. III. coronatae in conspectum prodeunt: etiam seminales vesiculae & peritonaeum σ . φ . τ . ad prostatam fere usque intestinum concomitans. Intestinum vero propter diu retentas foeces, in adultis inprimis, valde dilatatum est.

Igitur, si rite scalpellus admovetur, urethrae pars, & prostata inciduntur glandula, una cum plexu venoso: si vero ex infortunio mucro scalpelli ex sulco catheteris prolabitur, intestinum, etiam vesica seminalis, propter vicinitatem, vehementer laeditur.

Patet tandem, aberrantibus instrumentis, inter intestinum rectum & feminales vesiculas amplum spatum dari, in quô ceu in vesicâ ipsâ, non tamen sine discrimine, moveri queant.

(1) B. S. Albini Ind. Supell. Ravii & de ejus Vitâ p. 19.

(b) Methodus Lateralis Chelford: pag. 19. §. 1

Jibji

s Lat.
D.



TAB. Ubi vesica vacua, aut circa calculum contracta est, peritonaeum aliquando laxe haeret inter basin seu verum fundum vesicae, ac intestinum rectum, ut in fig. III. σ , τ , ϕ . contractione abdominis magis deorsum inter vesicam & rectum compellitur, unde contingere potest, ut sectione imprudenter facta peritonaeum laedatur, vel forcipe prehendatur, lacereturque.

FIG. IV. In sequente fig. IV. ex industria intestini partem, quae vesiculis seminalibus adjacet, ressecavi, ut amplitudo cerni posset melius, & judicari quam facile sauciari queat.

Peritonaeo, quemadmodum in plerisque obtinet, retrorsum moto, vesicae verus fundus inter vesiculos seminales, & rectum intestinum conspicitur \circ . is locus est qui commode in ischuri, acu cannulata in anum demissu, perpungitur, quemadmodum à Cl. Fleurantio factum fuisse §. 21. docebimus.

§. 4. Venio nunc ad glandulas, mucosas ab inventore Cowpero vocatas, quae in quibusdam omnino non inveniuntur, ut Cl. Morgagnus (a) observat, qui etiam Sanctorum eas frustra indagasse addit: id quoque mihi accidisse fateor, nunquam enim eas in cadaveribus, quae ipse FIG. VI. & VII. dissecui, vidi, etiam non in eo, quod figuris his omnibus, Fig. VI. & VII. Tab. II. exceptis, inservitrum magna cum sollertia & accurate dissecui. in aliò igitur cadavere eas de novo investigavi, offendi, & delineavi. figuram autem prioribus addere placuit, quia raro occurunt, & in situ naturali à nemine repraesentantur.

Glandulae mucosae, parvos phæcoleos magnitudine aequant, maiores interdum, vel minores; vel, uti notavimus, plane nullae sunt. Color earum subflavus, in genere nitore, & substantia, parotidibus similes sunt; transverse sitae, & quodammodo inter se junctae, bulbo urethrae inhaerent, & orae inferiori ligamenti triangularis. λ . π . Cowperus paulo supra bulbum urethrae locatas esse memoriae prodidit; Albinus (b) eas bulbi parti posticæ applicat, alii alio modo; laxe adeo cum vicinis cohaerent, ut, sublatis omnibus musculis, pro lubitu disponi queant. infinem ramum venosum è plexu orsum inter eas & bulbum deprehendi.

Sphincter urethrae seu vesicae a , b , pone mucosas has glandulas situs est; accelerator vero cum sphinctere ani externo, & levatore permixtus à parte priore eas obtegit, ita ut ab his omnibus musculis, ceu à pælo, undique comprimantur.

Winflowus (c) eas antiprostatas, seu prostatas inferiores vocans, oblongas, & applanatas esse scribit, locum vero iis à lateribus convexitatis corporis spongiosi urethrae prope bulbum attribuit.

Inter conglomeratas censendas esse & structura, & usus docent, nam urethram per canales, seu ductus, muco obliniunt: de his ulterius consulendi sunt Morgagnus (d) & Terraneus (e). Sufficit pro scopo nostro glandulam mucosam sinistram in sectione vesicae laterali laedi posse, quemadmodum paulo superius §. 2. à Cheseldeno factum fuisse ex Douglasio vidimus.

Absolvimus hanc ratione quicquid à parte priore perinæi occurrit: ducebimur nunc ad contemplationem vesicae, urethrae, aliarumve partium intra pelvem sitarum, easque à latere inspectas adgredimur.

§. 5. Vesicam urinariam pauci, forsitan nulli, in vero situ depinxerunt, nulla etiam repraesentatio difficilior est: oportet enim partes ossæ atque carneas ita auferre, ut nihil immutetur. Desideratur vesica vacua, requiritur igitur ut in agone mortis, vel antea homo eam penitus evacuaverit, secus scopo nullo modo satisfacit.

Partibus igitur anterioribus examinatis, synchondrosis ossium pubis scalpello, & os Ilium pone acetabulum ferrâ dividere oportet, quemadmodum Tab. III. fig. I. factum cernitur; etiam ani musculos prudenter

aufserre, reliqua non attingere, & contemplari vesicam, urethram, TAB. II. prostatam glandulam, seminales utriculos, & rectum intestinum in naturalissimo positu.

α , β , L , ϵ . urethra est, β , L . pars ejus, quam sphincter amplectitur, TAB. unde insignis illa crassities, quam immutare non ausus sum, ne curvatu FIG. III. L. ram veram amitterem.

L , ϵ , π . M , δ , γ , β . prosta glandula, quae vesicae ostium, ac sinum magnum urethrae fere integrum amplectatur; quod in fig. II. clarus conspicitur potest. Haec glandula interim à latere inspecta, ac si duplex esset, appareat. β , γ , δ . pars dextra, L , M , π . sinistra est, ita tamen unitae sunt, ut unica glandula censenda sit.

Vesica cavum triangulare in omnibus cadaveribus, quae aperui, format, cujus apex Q in uracho, seu potius ejus ligamento, definit; basis transverse intra pelvem, intestino recto in viris, vaginae in feminis insidet. angulum sinistrum proinde hic solummodo videre possumus R.

Vesica naturaliter in hoc cadavere collapsa est, hinc sovea à parte posticâ formatur, & posticus paries anteriori ita inhaeret, ut nullum spatiū intersit: id vero à vesicae musculo peragitur atque ab atmosphaera, quae in infimum ventrem tum fortius agit.

Muscularis membrana vesicae fibras eo modo ordinatas ac dispositas habet, ut in reddenda urina uniformiter se contrahendo triangularem figuram conservet. Fibrarum ordinem eleganter Albinus in annotationibus suis (a) Academicis; & à latere in muscularum tabulis (b) exposuit vesicae musculum internae ossis pubis parti insertum, quem nunquam videi mihi contigit.

Quando vehementer contrahitur vesica, quod in violentâ morte extintis aliquoties observavi, tum mirum in modum imminuta est, triangularis tamen; interna membrana etiam tanquam à musculari separata & in rugas complicata est. contrahit vero etiam rugas ubi modice contracta est, quemadmodum in hoc cadavere, praesertim in fig. II. quâ interne depingitur vesica: neque aliter posse videtur, quoniam subito à maximâ dilatatione in minimam transit, & contractilitate caret.

Vesica igitur evacuata atque in statu fano contracta collabitur, & abscondit se apice suo infra ossium pubis summitem; unde manifestò patet, sectionem pro extrahendo calculo supra os pubis nullo modo aptam esse, nisi post curationem aeger pronus scalae (c) imponatur, donec sanatus est, ut, quicquid intra abdomen puris aut urinæ colligitur, elabi possit: vereor tamen ne diu satis in ventrem cubare queant aegri, aut si possent ne intestina prolabantur.

Ad vesicam vacuam revertor, quae transverse secta crassa, atque distinete ab omni parte duabus membranis constat. accedit etiam tertia à parte posticâ, & inferiore, quam à peritonaeo mutuatur. haec vero ubi impletur urinâ non expanditur, neque ut priores extenuatur. Adscendit enim vesica inter peritonaeum & ossa pubis; in modicâ vero extensione raro ultra eorum summum marginem, ut à magno Albino animadversum est: loquor de adultis, in junioribus quippe, & in infantibus aliquando ad umbilicum attollitur. Ludit vero interdum natura, quemadmodum Franequerae in adulto masculino cadavere, cuius Cl. F. Snip (d) mentionem fecit, contigit, vesica tanta erat ut ultra umblicum adscenderet; ei vero aequalem nunquam vidi.

Vesica guttatum urinam è renibus excipiens extendit ita, ut sovea prius intumescat, apex dein attollatur; basis vero situm relativum conservet; si ultra modum impletur, basis deorsum urgetur, atque una cum intestino recto, foras, in perinæo, protuberat.

Vesica in homine resupinato se totam evacuare nequit, quod evidenter patet, quando Fig. II. linea e , q , p . ducitur horizonti parallela; FIG. II. quicquid

(a) Adv. Anat. IV. animadv. 15. pag. 26. 27.
(b) Annot. Acad. L. IV. Tab. III. fig. I. i.

(c) Traité du bas ventre pag. 569. §. 555.

(d) Adv. Anat. I. pag. 7. §. 10.

(e) De glandulis universim, & speciatim ad urethram virilem novis. p. 49. Cap. 3.

(a) Lib. IV. Tab. III. fig. I.

(b) Tab. musc. XII. fig. XII.

(c) Franken over de vierhandghepen. pag. 35.

(d) Diff. de lithotomia. pag. 48. a.



TAB. quicquid infra eam remanet, *e*, *f*, *r*, *g*, *q*. expelli non potest. Licit *III.* pressione abdominis, diaphragmatis, contractione musculosarum vesicae *FIG. II.* fibrarum, & atmosphaerae actione non multum urinae relinquatur, tamen aliquot guttas, pingues, fabulo veluti mixtas in hujus & aliorum vesicis inveni.

Si ad urethrae curvaturam & elevationem attendimus in homine resupinato, eas tantas esse compieremus, ut nunquam superarentur, nisi potentiarum memoratarum vis unita, resistentia ex pondere nata multo major esset. Minus recte igitur Leeuwenhockius (*a*) „ in pauperum „ infantibus masculis calculum intra vesicam generari, quoniam supini „ decumbentes vesicam integrum non evacuent propter urethrae adscen- „ sum, cum è contra puellae eam totam evacuant propter urethrae in- „ clicationem; nam in decubentibus utriusque sexus fundus vesicae ve- „ rus semper pro parte infra ostium situs est: quod ex fig. II. magis elucebit, si vesicam femininam fingamus, & urethram ad *o* usque esse ex- „ porrectam.

Si vero quae antea diximus in memoriam revocamus, periculum illud in infantibus non pertinacendum esse percipiems, quia elatius in utroque sexu, & veluti fundo ad orae inferioris ossium pubis altitudinem adscendit.

In adultis igitur solis calculo occasionem praebere potest diuturnus in dorso decubitus, quemadmodum etiam saepe contingit.

§. 6. Urethra inter bulbum & prostatam Fig. II. *o*, *c*. quâ parte sphincterem excipit, tres quartas pollicis partes, vel lineas octo, uti Cl. Lieutaud (*b*) placuit, longa ligamento trianguli & sphinctere pubis arcui adnectitur. Id urinae iter ductu incurvo sub pube procedit, modo quo *FIG. II.* illud apertum in fig. II. depinxi.

Urethra, ubi pubis arcum appropinquat, coarctatur paululum in *m*, *n*. mox iterum amplior in *d*, *c*. facta sinum facere videtur, quem *Urethrae sinum* appellavit Cl. le Cattus; deinde propter carunculam, seu caput gallinaginis, in medio sitam angustior reddit alterâ vice in sinum *d*, *c*, *b*, *i*. per amplum abit, cui sinus prostatæ nomen idem le Cattus dedit. Eo loco vesica ostio *i*, *e*. intra urethram, perinde ac in feminis uteri ostium intra vaginam, haerente, incipit. Variat tamen illa pars in diversis insigniter, aliquando enim loco ostioli simplicem coarctionem offendimus.

Celebris Lieutaud mentionem facit uvulae, & tricorni, seu corporis triangularis, spongiosi, &c. quae magnâ cum industriâ in actis Acad. R. scient. Galliae An. MDCLIII. pertraçtavit: per trigonum videtur intelligere eminentiam eam, quae veluti duobus cruribus versus ureterum ostia extenditur, & per uvulam ejus apicem versus urethram prorudentem: utrum ea eminentia uvulae nomine digna sit, nec ne, aliis dijudicandum relinqu. Certus sum in paucis eam eminentiam alicujus momenti esse; non nego tamen aliquando in tumorem elevari posse. credibile mihi videtur carunculam frequentius, quam uvulam urinae iter obstruere, & causam esse, cur catheter in vesicam compelli non possit. ostium enim, seu fissura carunculae inter *d*, *c*. aliquando tanta est, ut instrumenti apicem recipiat, quemadmodum nuper in adulti cadavere evidenter observavi. Medicinae studiosus, catheterem in vesicam demittere exercitii caussa volens, toties, quoties repetebat, obstaculum offendebat, quod ejus conamina irrita reddebat, ipse periculum facio, res succedit, aliquando vero haeretebat catheter; de novo facto certus urethram incido, atque carunculam insigne, & laceratam, juveni aliisque curiosis demonstro. Non nego tamen ex crescentias alias prope vesicae ostium locum habere posse, quae transitum urinae, & catheteri omnino recusat. ingeniosa ceterum sunt quae Cel. Lieutaud (*c*) de abscessibus in uvula aliquando obviis adnotat.

Ostium vesicae, ut redeam ad propositum, aliquando etiam in cadaveribus ita clausum & contraetum offendit, vel ita prominulum, ut sulcato catheterem vesicam ab ejus latere pertunderem, infra *e*. U. C. dum

(*a*) Missive van den 4 Jan. 1692. derde vervolg der brieven pag. 373.
(*b*) Mém. de L'acad. Roy. des Sciences. 1753. Edit. Amst. pag. 36.
(*c*) Ibid. in not. pag. 22.

dextre eum in schola publica demittere conabar: id mihi & Franequerae, TAB. & Amstelaedami accidit, calculi sectionem, in cadavere aperto, & vesicâ apertâ administratu. Id in emortuis si contingit, quid non in vivis?

Urethrae membrana interna, quam rugosam Le Cattus (*a*) depinxit eâ parte, quâ incurvari incipit, mihi aequabilis semper apparuit, & potius ex plicis longitudinalibus quam transversis constare visa fuit,

Carunculas veneras silentio praeterire possum, quoniam eas nunquam in emortuis offendi: Alphonus Ferrius, (*b*) De la Peyronie, Petitus (*c*), aliqui de earum naturâ, incommodis & curatione multa egregia prodiderunt. In iis quibus post virulentas gonorrhoeas urinae & semen profluivum impediabatur, certis temporibus catheterem demittere non potui; in aliquibus nunquam, in omnibus obstaculum offendi prope caput gallinaginis, dum urerem sanguis ex urethra manabat. Ubi urinae retentio praesidium requirebat, fomentis ex oleofisis, vel oleo mero genitalibus applicato profui, frigus in hoc virtio quam maxime nocet.

Aliquando in iis, qui nunquam impurâ Venere usi sunt, catheter in vesicam compelli nequit etiamsi post mortem nullum in urethra vitium conspicere possit, quod in sene calculis laborante cum pluribus celebribus Chirurgis expertus sum.

§. 7. Glandula Prostata magna & unica glandula est, quae vesicae ostio undeque adhaeret, maxime vero ejus inferiori & anteriori parti: implet arcum ossium pubis, quemadmodum Tab. II. fig. III. & IV. TAB. *v*, *o*, *z*. quando à latere conficitur forvea quadam appetit ac si è duabus intime unitis constaret, ut in Tab. III. fig. III. *a*. *a*. cum tamen simplex TAB. fit. Magnitudo ejus varia est, duos vero transversos digitos in universa lata est, unum cum dimidio longa; aliquando minor. figura quodammodo triangularis est, ita à quibusdam depingitur, mihi vero semper, quam eam exhibui, apparuit.

Majoris momenti & negotii mihi videtur determinare, utrum integrum collum vesicae amplexetur? Celeb. Morgagnus (*d*) affirmat integrum urethram è cingi; Cl. Lieutaud (*e*) similiter, urethram prostatam transire, *veluti chorda capillina*, id est prostatam integrum ambire urethram. Winslowus hac in re minus accuratus fuit. Le Dranus (*f*) expresse notat, prostata fere integrum colli vesicae circumferentiam amplecti. ita mihi in cadavere, cujus figuræ hic damus, visum fuit. in alio vero praeterito anno à me dissecato, omnino collum vesicae amplebatur. Eustachius simili ratione prostatam Tab. XI. fig. XI. & Tab. XII. fig. I. exhibuit. incisa autem Tab. XI. quemadmodum Magnus Albinus suspicatus est in suis annotationibus, reprobatur: idque magis constabit si cum figuris Cl. de la Peyronie in Actis Acad. Reg. Chirurg. Tom. I. pag. 434. conferatur. Ex his omnibus concludere licet, glandulam prostatam in permultis, si non in omnibus, integrum urethram amplexari.

Situs glandulae ab interiori parte in Tab. II. fig. III. IV. & VI. à laterali in Tab. III. fig. quinque prioribus manifestus est; Albinus, eam à latere eodem modo depingi curavit Tab. Musc. XII. fig. XLI. e. f.

Substantia ejus glandulosa & tenax est, cultro valide resistens; unde in calculi curatione potius propellitur deorsum quam secatur scalpello, quod magnam difficultatem semper parit, movetur enim super catheterem eo tempore quo Chirurgus ex spatio cultri percurso se magnam plagam inflixisse sibi imaginatur. Hinc frequenter contingit ut veluti apparatu magno, sed paulum à latere urethrae, curetur, ubi lateralem methodum adhibere conatus est Chirurgus: in defunctis plus semel id videre mihi contigit. rectius igitur Cheseldenus qui ipsam prostatam audacter fecat.

Prostata denique & hanc proprietate gaudet, quod facile dilaceretur, & quidem eâ direktione quâ incisa est; quemadmodum Celeb. Pouteau (*g*) primus,

(*a*) Tab. VI. C.
(*b*) Chir. Script. Gefneri. pag. 305.
(*c*) Mem. de L'acad. de Chir. Tom. I. pag. 425 & seq.
(*d*) Adv. Anat. III. animadv. XII. pag. 82.
(*e*) Mém. ibi. pag. 9.
(*f*) Parallelæ &c. Anat. des parties pag. 15.
(*g*) M. Claude Pouteau mélange de Chirurgie, à Lyon. 1760. pag. 213.



TAB. primus, nisi fallor, observavit. igitur si magnus calculus extrahi, aut vesica III. III. cae ostium dilatari debet, laceretur prostata quantum requiritur, modo hoc lente fiat. In adulti cadavere experimenta institui, observavique parvā incisione factā in longum facilimē lacerari, & uniformiter, id est ab urethrā versus ureterem. è contrario, ubi transverse incideram, non nisi cum difficultate, & irregulariter. in genere igitur conjecturare licet in calculi sectionibus hanc qualitatem eximii usus esse, praeferit sī ad celeritatem attendimus, quā concrescit & sanatur.

§. 8. Seminales vesiculae infra & pone prostatam extorsum decurrentes adhaerent vesicae basi seu fundo vero; incumbunt autem intestino TAB. recto. ut in Tab. III. fig. I. M. X. N. optime Albinus (*a*) vesicam iis III. FIG. I. basi suā insidere annotavit. Vasa deferentia convergunt prope prostatam, de iis alii consulendi sunt.

TAB. In fig. IV. Tab. II. egregie cerni potest, quā ratione hae vesiculae II. vesicae fundo, & prostatae V. illigantur.

Percipere vero nequeo, quo modo culter in calculi sectione ex catheteris sulco in vesiculam seminalem sinistram prolabi possit; nisi imprudenter admodum manus admoveatur. accidisse tamen multi animadverterunt.

TAB. §. 9. Intestinum rectum Tab. III. fig. I. *k*, nisi partium transpositio III. locum habeat à sinistris pelvis ingreditur, & in concavā ossis sacri parte FIG. I. flexuram sigmoideam *i* subit; in cadaveribus frequenter eam, & reliquā recti partem usque ad vesicam, contractam offendit; verum sub vesicā ad anum usque in saccum dilatatum *e, f, g, b, a, b.* cuius ostium seu anus propriis suis clauditur musculis. In adultis, & proiectioribus magis quam in pueris eam dilatationem locum habere fateor; non minoris tamen momenti est hujus consideratio in sectione calculorum, & in fistularum curationibus. Foubertius (*b*) ideo hujus facci mentionem fecit, & in senibus quam maxime inveniri prodidit. in omnibus cadaveribus, excipio infantes unius, vel duorum annorum, eam dilatationem observavi; probabile est à faecibus diu supra sphincterem ani immorantibus produci.

Intestinum rectum igitur supra sphincteres non amplius cavum cylindricum format, uti multis visum fuit, sed saccum, complanatum, cuius pars vesicae proprior *x, l, f, g* longior, opposita vero *a, b*. brevior est. Hinc manifestum est, etiam si digitus ano inseratur, & removeatur, ideo intestinum rectum loco non moveri, quod tamen multi, sed falso sibi imaginati sunt. Demittere in anum digitum in calculi curatione oportet, ut detegat Chirurgus verum recti intestini positum, quemadmodum à Ravio factum esse Albinus (*c*) adnotat. is, ne intestinum laedaret, digitum in anum aegri leniter demittebat, ut recti intestini posituram penitus cognosceret, idque tanto certius vitaret.

Laeditur autem intestinum quando cultri acies deorsum ducitur, idque frequentius accidit, si tabula, seu subsellum, super quod aegrum colligant, nimis humile est, vel coxae non satis elevatae: praecavetur vero si scalpellus directione, *c, d, v.* fig. IV. Tab. III. adigitur, & enematibus iteratis intestinum eluitur.

Intestinum uti antea docuimus levatoribus sustinetur, laxe vero cohaeret cum vesicā, vesiculis seminalibus & cum prostata, ita ut parvā plagiā factā digito quam facilimē separari à vicinis possit. aberrantia instrumenta in calculi curatione idem faciunt, & saccum efficiunt, qui vesicae cavum mentiendo Chirurgos aliquando in errorem dicit, & ipsam curationem insaustam reddit.

§. 10. Egimus superiori paragrapho quintā, de vesicā in statū sano, omnis urinae experie, intra pelym sitū, considerabimus nunc eam circa calculum constrictam. Contrahit autem se triplici ratione: post evacuationem urinae, licet satis ampla sit; vel postquam pro curatione plaga ejus collo inflista est; vel denique propter continuas irritationes à calculo productas, quibus guttatum perpetuo urina expellitur. Ubi vesica sana & ampla est dilatari naturā vel arte potest: ubi vero propter stillicidium

(*a*) Annot. acad. Lib. IV. Cap. III. Tab. III. fig. I.
(*b*) Mém. de L'acad Roy. de Chir. Tom. I. pag. 673.
(*c*) Index suppell. Ravianaæ pag. 22.

coarctatur, raro extendi potest, accedit etiam degeneratio quaedam pl. TAB. ne singularis, quam nomine scirrhositatis Chirurgi frequenter designant. FIG. IV.

Stranguria in initio ab irritante calculo producta, habitualis fit postea, quia vesica nullam amplius dilatationem admittit: accommodat igitur se circa calculum ita, ut inde etiam ureterum ostia opplicantur. Inde item alia symptomata nascuntur quae aegri statum miserrimum, & curationem omnino reddunt impossibilem: dilatantur scilicet ureteres sensim sensimque, densiores sunt, ita ut aortam, seu intestinum tenuementiantur; pelvis renis in marsupium expanditur, ren ipse veluti excavatur totus, consumitur & purulentus evadit.

Bis has circumstantias videre mihi contigit, in adulto inde mortuo in Nosocomio, & in puer octo annorum, qui ad obitum usque urinae stillicidio laboraverat. id peculiare in utroque evenit quod à Chirurgis calculus demissò cathetere non semper sensus fuerit.

Innumeris observationibus rerum ac ureterum dilatatio comprobatur à F. Platero, Blasio, Fernelio, etiam in Miscell. Curios. Dec. II. N. 11. pag. 36. & N. X. pag. 51. à Celeb. Monroo (*a*), Cl. Poutaeo (*b*), Chir. Joh. Paislejo (*c*), Hildano (*d*), Tulpio, Dionysio, aliisque. omnes mirantur monströsam renum magnitudinem, & ureterum deformitatem. Observatio Hildani tamen nostris magis quam reliquae convenit, nullus in rene, sed in vesicā calculus Unc. IX. reperiebatur, qui obturando ureterum ostia renū intumescientiae causa fuerat. haec veluti conjecturā Hildanus assequitur; nec mirum: plerique enim calculis ē renibus in vesicam ureteres permeantibus has dilatationes adscripserant. credibile est hallucinatos fuisse Tulpium, Dionysium aliquo, quoniam ad vesicā contractionem, omnem urinam respuentem non attenderunt: renes & ureteres eo in casū vesicā funguntur officio.

Probabile etiam est, id longe frequentius evenire quam quidem ab Anatomicis adnotatur; saepe enim solummodo vesicae mentionem faciunt neglectis ureteribus: saepe consanguinei scrutinium reliquum prohibuerunt.

Interim summae utilitatis essent hae observationes ad prognosin faciendam; calculus quippe quidem semper extrahe potest, vesica vero constricta & degenerata haud facile sanatur, ureteres & renes inde ulcerati nunquam. haec omnia igitur praevideri poterunt ex stranguriā, si perpetuus calculi comes est. Aetas parum discriminis adserit, in puer octo annorum enim ipse renes valde dilatatos inveni; Blandinus in juvēte 25. annorum renem corruptum uncias fere L. ichoris comprehendentem propter vesicā calculum deprehendit, uti ex citatā Hildani observatione constat. Monrous in sene similia notavit: in universum tamen adserere possumus, haec omnia tractū temporis pejora fieri.

Notavimus etiam vesicam sanam post lotium redditum sive per urethram, sive per vulnus fiat, sese fortiter circa calculum contrahere: quod si contingat, quid de Catheterum longitudine censendum? quid ubi propter retentionem urinae in vesicam compulsus nimis diu relinquatur? fig. III. IV. & V. Tab. III. id manifestius ob oculos ponent, primum igitur de Catheteribus, & quo modo in vesicam demittuntur dicendum.

§. 11. Catheteres sunt fistulae argenteae, incurvae, quarum ope urina, sanguis vel pus ē vesicā educitur: quae feminis inserviunt minus incurvae & breviores sunt. Catheteres viris destinati fere ad dimidiā partem recti, dein sensim incurvantur modis, pro arbitrio Chirurgorum, variis.

Exhibui varietates tres, & quidem primum Catheterem Ravianum, quem ad ipsam figuram Albini Tab. I. fig. I. ad calcem Ind. Suppell. accurate duxi Tab. III. fig. VI. *Γ, Δ, Θ, Α.* etiam Cheseldenianum ad figuram Douglasii Tab. I. fig. I. de laterali methodo. *Γ, Δ, Π, Ζ.* Tertium denique Scharpianum, quem Londini in diario meo ad ejus catheterem TAB. III. ipse delineaveram An. MDCCCLII. *Γ, Δ, Ω, Φ.*

FIG. VI.

In

(*a*) Medic. Essays. vol. V. pag. 156.

(*b*) Mélanges de Chir. pag. 199. not. *a.*

(*c*) Med. Essays vol. V. part. II. pag. 243.

(*d*) Cent. IV. obs. 4. pag. 323.



TAB. In Gallia intermedium quandam curvaturam observant: Catheteres, **III.** quos praeterlapsus anno Celeb. Lonifius ad me misit, fere Cheseldenianis **FIG. IV.** curvaturā congruunt. Patet igitur omnes fistulas intermediae curvaturae cum successū adhiberi posse, neque multum interesset, modo aliquomodo incurvae sint.

Veteres figuram catheteribus dederunt, quam urethrae convenientissimam putabant, sigmoideam scilicet. Peritus talibus postea usus est, uti Lafayus (*a*) notat, inventor tamen hujus figure non est, ut ex sequentibus patebit. Ruffus enim (*b*) jugulum seu claviculam descripturus, ejus figuram cum Cathetero masculino comparat, instrumento priscis temporibus ita cognito, ut figuram nullibi rite determinatam aut descriptam reperias. Adhibui tales solidos experiundi caussā, ingrediebantur fateor quam facillime vesicam; ubi obstatum quoddam dabatur, prorsus inutiles videbantur, quia dirigi pro arbitrio non poterant: ceteris vero omnibus palmam praeripiunt ubi diutius intra vesicam relinquendi sunt. haec tenus de figurā.

Longitudo eadem quae à veteribus adhibebatur, etiam hodie convenit. Celsus (*c*) masculinis decem & quinque digitos, mediis duodecim, minimis novem tribuit; Ravius paulo longiores usurpat: nunquam autem longitudine nocet, si unā parte recti sunt, quales hodie in usū sunt.

Veteres catheteribus non solum urinam evocabant, sed etiam remedia per eas fistulas in vesicam injiciebant accommodatā vesicā bubulā, quemadmodum Paulus (*d*) docet. ēā ratione nostris temporibus Celeb. Langrishi, & Butterus (*e*) solutionem calculi intra vesicam moliti sunt.

Inutilia immo noxia redduntur haec instrumenta quando nimis incurva; aut curvaturae apex nimis longus est.

FIG. III. Fingamus in Tab. III. fig. III. Cathetera Ravianum demissum, & vesicam urinam reddentem ad vacuitatem usque, acquirat tum superficiem ξ , \circ , π . unde manifesto liquet dolorificum fore apicem, praesertim si, quod fere semper, moveatur subinde, aut inclinetur paululum: quotiescunque catheteres eos ipse deripiunt, vel ab aliis in vesicam compulso vidi, de dolore summo conquererebant aegri, de intolerabili vero quando calculo laborabant. Urina etiam omnis effluere non potest, quia interna vesicae membrana subito foramina, sive in lateribus sive apice sint, occludit. forsitan majori cum successū pertunderetur tribus vel quatuor foraminibus catheter inter Θ & μ . commodiore pro urinā emittendā essent si apex H , A . utpote superfluus, tolleretur.

FIG. IV. Sit deinde in fig. IV. catheter Cheseldenii intra vesicam demissus, constabit liquido apicem similiter, ac in priori, nimis longum esse. vesica enim parte posticā & inferiore ρ , σ , τ . se circa instrumentum accommodat.

FIG. V. Si Sharpii fistulam in vesicā apte locatam fingimus, fig. V. eam minime omnium nocitaram comperiemus; expanditur enim tantum parva vesicae pars v , ϕ , χ .

Quae de foraminibus in Raviano catheter faciendis animadvertis, etiam his duobus ultimis convenient. apices omnium nimis longi sunt; etiam si ex chalybe sulcati ad vesicam incidentam adhibentur.

§. 12. Catheteres Chirurgi etiam ad explorandos vesicae calculos usurpant, aptius tum solidi, atque ex chalybe facti, convenient. accidit vero saepe, ut, licet omnia signa adsint, calculus non detegatur; disparate etiam, qui paulo ante distincte percipi poterat. hanc varietatem expertissimi, & dexterissimi Chirurgi adnotarunt; oportet igitur ubi externa signa calculus declarant, licet catheter illico non detegatur, variis temporibus aegrum explorare, donec medicus certus sit utrum adsit, nec ne. situs aegri etiam subinde mutari debet.

Quando catheter utitur Chirurgus nimis incurvo, apice longiori in-

- (a) Opérat. de Chir. de Dionis p. 214. & fig. ad calcem Libri. Tab. I. E.
- (b) De partibus hominis. Lib. III. p. 68. Ed. G. Clinch, vel art. med. princip. Tom. I. p. 120.
- (c) Lib. 7. Cap. XXVI. p. 474.
- (d) P. Aegineta Art. med. princ. Tom. I. Lib. 6. Cap. 59. p. 575.
- (e) Physical Exp. upon brutes &c. & a method of cure for the stone chiefly by infections.

structo, quemadmodum in Tab. III. fig. IV, tum calculus praeceps TAB. parvus, infra catheterem delitescere potest ut C. catheteres minus incurvi, quales à Sharpio adhibentur, forsitan ad explorandum meliores sunt, quia fundum integrum tangunt.

Aliquando in elatiori vesicae parte calculi latitare videntur; attollendo enim catheterem versus pubem percipere potui calculos, quos compellendo instrumentum deorsum nunquam persentiscebam. negligendum vero non est, depressione catheteris, integrum urethram, & prostata cum ostio vesicae deorsum compelli.

Chirurgi etiam susque, deque catheterem movendo aegros miserime excruciant; res ipsa evidens est in Fig. III. apex enim tum internam membranam vesicae vehementer conterit, quia continuo se circum eum vesica contrahit. Suppono vesicam eo tempore esse vacuam, finguamus plenam, res subito eodem redit; nam statim demisso cathetero, etiam solido, urina effluit. Si circa calculum constricta est vesica, scirrhosa, aut ulcerata, horresco dum haec animo volvo! terribiliter inde laeditur.

Leges ideo, quae Colleg. Chirurgici Amsteladensis socios explorationem facere ante curationem jubent, penitus improbo, praesertim ubi Lithotomus auctoritate Magistratus munitus est: ejus dexteritati tum confidere oportet. nam, etiamsi exploratio prudenter facta sit, tamen nocet iterata. Concedamus vesicam inde non laedi, certum tamen est praeter necessitatem aegro jam nimium proh dolor! afflito cruciatus intolerabiles & inutiles addi.

Sed ne à scopo nimium divertar, ad catheteres redeo, qui aequa atque sulcati nimis longi sunt; nam ultra calculum non inciditur vesica, etiam omnibus curationibus, & methodis in universum consideratis, plaga parva tantum infligitur.

§. 13. De curvaturā catheterum pro adultis egimus; de ea quae variis aetatibus aptissima est aliquid dicendum. In recenter natis vesica basi sua elatius sita, pedentem, ut antea notavimus, descendit, unde necessario sequitur curvaturam urethrae majorem esse in junioribus quam in adultis: flecterem proinde catheteres masculinos, infantibus trium vel quatuor annorum inservituros ad formam Ravianam; pro intermedia aetate ad Cheseldenianam: reliquis Sharpii curvaturam darem. Nocere autem major numerus catheterum non potest; praesertim si pro eadem aetate diversimode incurvati ad manum sunt; quod magis enim cum urethrae curvaturā convenient, eō facilis in vesicam compelluntur. Oportet etiam tot sulcatos chalybeos habere, quot argenteos, atque per partia eadem nota distincta ita servare, ut aptissimo catheteri, quod exploratio facta est, sulcatus similis in incidente vesicā adhiberi queat; secus omnibus pro curatione dispositis, propter instrumentorum permutationem aeger jam desperabundus praeter necessitatem & excruciatur, & retinetur.

§. 14. Sectio sequenti modo instituitur. Aegro bene collocato, Chirurgus catheterem sulcatum in vesicam demittit, atque versus inguen dextrum ejus manubrium inclinat: eminet igitur perinaeum in sinistrā parte. Dein, super eam, cutim & adipem obliquo ductū, cruri ossis ischii parallelo, deorsum ultra anum incidit, mucronem cultri inter acceleratorem Tab. II. fig. I. K., ac erectorem vel potius transversum perinaei alterum Q. collocans. Secat dein directione a , c . musculum perinaei transversum S, cumque penitus dividit, & ani levatorem U. Aliquando etiam si vasa sanguinea evitare studeat Sphincterem ani externum D. attingit. Scalpello vero nimis alte directo ligamentum triangulare vulneratur: ut in fig. II. δ . γ . paret.

Hoc facto, dacto explorat num prostatā nuda satis, & catheteris sulcus distincte percipi queat.

Disponit jam catheterem de novo, ac firmiter retinet sinistrā manū, dextrā catheteris nudiorē partem exquirit, dein mucrone cultri sulcum quaerit, & urethram Tab. II. fig. III. μ . pertundit. Certus ex laterali cultri motū se sulcum feriisse, oblique deorsum, & simul extrorsum prostatā incidit directione μ , ν .

Peragit vero hanc sectionem unā vice, manū stabili, dein cultrum motū retrogrado sursum dicit, usque ad locum, ubi orsus est, ne

G

mem-



TAB. membranae partim sectae reliqua instrumenta impediunt. Scalpellus
fig. III. anceps, quō Ravius usus est ideo mihi commendabilior videtur.

Si forte fortunā plaga haec non satis magna est, & eam ampliare Chirurgus conatur, certus esse potest se nunquam accurate primam sectionem feriturum: novam faciet, quae perinde ac prior minus parva esse potest. Id expertissimis contigit, quia aeger eo momento temporis ab adstantibus firmiter satis non retinetur. Praestabit dilatando internum vulnus extendere, quam bis vesicae ostium incidere: prostata enim satis facile lacerari §. 7. docuimus.

Incisio hāc ratione facta incipit praecise prope vesicae ostium, & prostata pro parte dividit, de quā re hodie omnes convenient. Desideratur autem ut ostium non attingatur, sed vesica ipsa: utrum id fieri possit nec ne paulo uberior enucleabimus.

§. 15. Celeb. B. S. Albinus dum Ravii secandi methodum publici juris ficeret, statuebat ab eo non urethram aut vesicae cervicem, sed vesicam ipsam à latere fuisse incisam. haec (a) Celeb. Albini verba sunt. *propositum in hac operatione erat non cervicem vesicae incidere ut primo fecerant, nec urethram, ut eo tempore plerique solebant; sed vesicam ipsam proxime cervicem ejus, à latere, non nibil inferiora, & posteriora versus: Notat porro (b) Ravium rationem invenisse, quā instrumenta ad eam vesicae regionem rectā, certoque dirigerentur: etiam eam invenisse, & adhibuisse felicissime. deinde, Ravius (c) catheterem in vesicam demissum gibbo suo ad vesicae locum apprimebat, qui incidentus erat. tandem (d) vesicam incidebat plagā non admodum magnā.*

Negant autem viri in arte gravissimi definitam à Celeb. B. S. Albino partem incidi posse. Pater Magni Albini in Oratione in Ravii obitum, expresse dixit, eum cervicem & vesicam incidisse. Heisterus (e) qui Ravium saepe calculos manū curantem vidit, ejusque methodum pressus secutus est, nunquam alio modo sectionem in cadaveribus instituere potuit. Mirum est neminem cadavera eorum, qui à Ravo secti fuerant, dissecuisse. Albinus ipse nullibi testatur se tali occasione de incisione vesicae certum factum fuisse. Winslowus (f) qui Ravium saepe curantem vidit, de verā vesicae plagi non distinxit. Denysius (g) qui se unicum esse gloriatur, quem Ravius suam methodum docuerat, locum verum à Ravo incisum non indicat.

B. S. Albinus nunquam, quō tempore ejus auditor fui, licet quotannis lateralem Ravii methodum in privatis scholis demonstraret, atque in cadavere institueret, anatomen partium incisarum Auditoribus suis ostendit, vesicam ne quidem à parte abdominis aperiebat: nihil certi itaque, quod ad rem tanti momenti, humano generi adeo utillem spectabat, ex ejus institutionibus determinare potui.

Chirurgi Parisienses (b) aperte defenderunt, locum à Magno Albino notatum, instrumento ab eo indicato, incidi non posse. Londinenses (i) idem judicium tulerunt. Cheseldenus ut omnia tentaret, vesicam aqua hordei implebat, quantum aegri ferre poterant, dein vesicam incidebat, sed infausto successu propter urinam inter vesicam & partes vicinas remorantem; unde gangraena; quā ex decem octo moriebantur.

TAB. Ut res ipsa clarius perciperetur in Tab. III. fig. III. Ravii catheterem sulcatum intra vesicam delineavi: locum juxta Albinum incidentum notavi linea x, μ. quō in contractā vesicā catheter gibbo suo nequaquam pervenire potest. Verum, si Albini descriptionem elegantissime expositam ad verbum sequimur, non possumus non, quin faciamus incisionem. Θ. id est, fecemus hāc ratione urethrae, & simul prostatae partem laterali. Coincidit tum cum descriptione methodi Ravianae à Cl. Albini patre datā, & cum omnibus, qui unquam dexteritate quādam curationem calculi lateralī methodo manū moliti sunt.

(a) Index suppell. anat. Ravii p. 15.

(b) Ibid. pag. 18.

(c) ibid.

(d) ibid. p. 23.

(e) Oper. Chir.

p. 965.

(f) Mém. de l'Acad. Royale des Sciences. A. 1731. p. 222. par Morand.

(g) Obs. Chir. de Calculo.

(h) Morand ibid. p. 213. Foubert Mém. de l'Acad. R. de Chir. Tom. I. p. 663. Le Dran Op. Lat. de Rau p. 119.

(i) Sharp of surgery. p. 96.

Neque arbitri oportet sectionem hoc modo facile perfici: nequa- TAB.
quam; in emortuis enim post lateralem methodum aliquando urethram
solam incisam offendit, aliquando ostium vesicae duplici vulnere laesum:
atque haec propter vehementem prostatae resistentiam contingunt; &
nisi stabili manū & unā vice sectio integra, Θ. perficiatur, semper tot
diversae erunt incisiones, quot vices adhibuerit Chirurgus: nam gibbus
catheteris vulnus intrat, simul ac plaga, licet parva, facta est.

Accidit insuper, ut incisio longa Chirurgo videatur propter prostatae motum super catheterem, quae digito explorata parva nimis detegitur,
quam ut forcipem admittat: probabile mihi videtur, Ravium, ut de in-
cisionis internae magnitudine certior esset, saepius digitum in vulnus
demissile.

Incredibile est, quam parva plaga ab omnibus etiam dexteris infligatur; nunquam forcipem robustam exciperet nisi prius dilataretur. In-
cisio insuper, etiam si longa, recta est, & circa forcipis primum, ac deinde
de circa ejus & calculi circumferentiam ducta nimis parva est, quam ut
transitum absque dilaceratione concedat.

In omnibus ideo Raviana methodo sectis, si calculus insignis est, lace-
rari vesicae collum, & prostata necesse est: hinc contusiones, gangrae-
nae, aliaque prava symptomata, quae infaustam & aliquando lethalem
curationem reddunt. Dubito etiam vehemente Ravio toties ex sententiā
successisse curam, quoties ipse gloriatur. Mille, quingentos & quadra-
ginta septem aegros se sanasse jastat: numerum concederemus, si de cu-
ratione, non de sanatione ageretur; silentio praeterit quo mortui fue-
rint. Diarium igitur, quod iussū Magistratū in Collegio Chirurgico de
sectis à calculo servatur, adii, atque ex duobus supra viginti, quos Am-
stelaedami secuit, quatuor mortuos fuisse comperi: ex undecim igitur
duos amisit; plures adnotaciones circa successum curationum ab eo insti-
tutarum ad manus meas non pervenerunt.

§. 16. Hodie interim, quotquot celebres sunt Chirurgi, urethram,
vesicae ostium, & prostata incident: Le Drannus, Le Cattus, Shar-
pius, & reliqui omnes, qui lateralem methodum sequuntur, id aperte
confitentur. Differunt instrumenta quae adhibent, & modus prostata
secandi. Ravius & qui ejus methodum usurpant, cultro ancipi Tab. III. TAB.
fig. IV. c, d, v. utuntur, quō deorsum plagam faciunt. Cheseldenus (a) FIG. IV.
&, Sharpio teste (b) omnes in Anglia Chirurgi, dorsum scalpelli obtu-
sum versus intestinum dirigunt, & prostata perforando ejus mucronem
in sulcum Catheteris demittunt: dein à parte inferiore sursum, seu an-
trorum versus, id est ab α versus ↓ secant; simul uno dito vel duobus
laevae manūs intestinum reprimunt, ne laedatur. Douglasius (c) Che-
seldeni secandi methodum ab inferiore parte sursum eadem ratione de-
scribit. Le Drannus in egregio suo de methodorum calculi curationis
parallelismo (d) indicat Cheseldenum prius urethram, dein ostium ve-
sicae & prostata incidisse; Cheseldenus re verā hoc modo in initio ve-
sicam incidit, postea vero methodum mutavit, quemadmodum ex ejus
descriptione A. MDCCXL. edita patet.

Le Drannus prius urethram incidit ↓, m. parvā plagi, dein cultro singu-
lari (e), cuius manubrium clypei formam habet, prostata dividit
magis lateraliter, directione m, n. compellit ideo primum per urethrae
vulnus specillum sulcatum in vesicam, & juxta id lanceolam suam, ve-
luti dimidiatam, atque eo modo prostata dividit.

Le Cattus incurvo, atque oblongo cultro, à latere sulcato urethram
primum dividit, mox conductore singulari scalpello mobili instructo, fe-
re uti Le Drannus prostata dividit.

Hawkinsius solo conductore, cuius margo dexter in aciem assurgit,
idem praefat: omnes plagam dilatant, ut calculum extrahant: dilacer-
atur igitur semper vesicae ostium & prostata. Atque haec de sectione suf-
ficiunt, de dirigendis instrumentis pauca superaddam.

§. 17. Qua-

(a) Anat. of the humane body Lond. 1741. Chapt. VI. p. 330.

(b) Surgery. p. 97. A. 1747.

(c) Cytotom. Cheseld. p. 12. & 13. A. 1732.

(d) p. 138. A. 1730.

(e) Couteau en rondache. opér. de Chir. p. 272. fig. 2.

TAB. §. 17. Qualisunque culter adhibeatur, rectus, Ravianus, Cheſeldenius, alijsve, ita ſemper adigi debet, ut axis ejus pelvis axi parallelus fit, uti c, d, &. Quando incisio per proſtagam continuatur, attolli manubrium neceſſario debet, ſed ſimil cavendum, ne apex intestinum laetad: ideo altam ſuper tabulam aegros colloſari mallem, ut Chirurgus eadem direktione id eft axi pelvis parallelā, quā incepit, inciſionem abſolvere poſſet.

FIG. I. Plagā factā conductores omnis generis, & forciſes eādem direktione in veficam demitti debent; ſi horizontaliter adiguntur, & veficae inciſio non ſatis magna facta eſt, roſtra labuntur in cavitatem ſpuriam, pinguedine vel cellulofa repletam, Tab. III. fig. I. f, &, M. e. Id autem frequentius accidit, quando inter conductores duos, marem ac feminam, forciſem in veficam compellere conantur: protruditur enim veficae collum unā cum proſtagā; cavum tum quidem pro forciſe invenit Chirurgus, ſed ſpurium, atque calculum antea evidentem nunc fruſtra quaerit: propter hunc negleſtum adeo frequenter in hiſ terris accidit, ut abſque extractione calculi, & proinde nullo cum fructū ſecentur aegri.

Peritores etiam aliquando ob plagae anguſtiam, ubi plures calculi adiſſunt, & unus poſt alium extrahitur à viā aberrant; donec inter veficam & intestinum rectum forciſem fuſque deque moventes affiſſant nullos amplius adeffe calculos, qui tamen ſolo naturae conatū poſtmodum in vulnus illabuntur, ac ſponte exeunt.

Desideratur huc uſque methodus certa ac tutu ſpecillum, vel forciſem alterā vice in veficam demittendi, ubi ſciliſet ob calculi magnitudinem, vel fragilitatem prolabitur; aut ubi propter calculatorum vel fragmentorum numerum ſaepius de novo immitti debet forceps. Specillum enim, quemadmodum ex allatis observationibus patuit, aberrare poſteſt, forceps propter crassitiem & obtusa roſtra non niſi caſū veficam ingreditur. Neque etiam Catheter de novo demiſſus verum iter certo ſequitur: illabitur enim ſaepē per urethrae vulnus inter veficam & rectum intestinum: id mihi in cadaveriis experimenta inſtituenti non raro accidit. Optimaſſe forſan methodus Chirurgus ſequitur ſi juxta apicem digiti manū ſinistrae ſpecillum demittit, & ſecundum illud machinamenta reliqua: nullius rei ſane ſecurior eſſe poſteſt.

FIG. II. §. 18. Calculi curatio quomodo in feminis ſcalpello inſtitui debeat, ex Tab. III. fig. II. & reliquis intelligi poterit, modo fingat Leſtor urethram breviorem, ad o. V. G. in fig. II. ſeu ad bulbum uſque eſſe exporreſtam.

Qui attente calculi ſectionem in maribus conſiderat, intelliget, inciſione urethrae pone bulbum, veficam virilem quaſi in muliebrem mutari: animo etiam obverſari debet in feminis veficam vulvae, quemadmodum in maribus intestino recto, inſidere. Nulla vero caruncula adeſt, nulli excretorii duetus veficularum ſeminalium, aut glandularum mucosarum: poſteſt igitur incidi urethra & veficae oſtium, vel in latus, vel verſus inferiora, demiſſo ſciliſet cathetere fulcato, ita ut certus ſit de itine‐re Chirurgus.

Cicatrix in posterum nullum impedimentum ad fert, in partū enim ea vaginæ pars non dilatatur.

Methodo laterali aliquando curationem ex ſententiā inſtituerunt Chirurgi; multis tamen incommodis & difficultatibus obnoxia videtur, & omnino praetermittenda, quia ſectio priori modo tuto peragi poſteſt.

§. 19. Iſchuria jam alibi feci mentionem, quae, cum mitis eſt, medicamentis & catheteribus ſaepē diſcutitur; ſed ubi haec recuſat, lethaliſ fit, niſi vefica ipſa apto loco incidatur, vel perpungatur; id autem variis tentatum modis plura ſecum trahit incommoda. In perinaeo punctura facta ſaepē propter partium laeſionem, quae inevitabilis eſt, calculi ſectione periculoforius fuit.

Ab eo tempore, quā Celeb. Foubertus acū tricuspidi veficam à late‐re, & ſupra proſtagam perpungi poſſe docuit, in iſchuriā ejus metho‐dum uſurparunt medici. Habet vero ejus acus id incommodi, quod re‐cta, & cannula per totam longitudinem fulcata ſit: urina igitur ſtillare

poteſt inter veficam & rectum intestinum, atque stagnando poffima pro‐TAB. ducere mala. Foubertus (a) deinceps curvaturam acui ſuae addidit, quā FIG. II. longe utilior evaſit: locus interim perforandus diſſiculter reperitur.

Instrumentum Foubertiano aptius J. Denysius (b) excogitaverat, ita ſciliſet fabrefactum ut urina inter cuſpidem ac cannulam foras duci, atque eo modo rite peractae perforationis ſignum certum praebere queat. Cannula etiam, recepta acū, tuto manere poterat donec urina naturaliter reddebatur.

Celeb. D. Flurant (c) methodum omnino novam, aptiſſimamque in‐venit, atque cum fauſtiſſimo ſuccesſu exercuit, quam hic paucis describam. Utitur (d) acū tricuspidi, quinque pollices fere longā, incurvā, Tab. III. fig. VII. A, B, C, ſed paulo minore quam catheter Sharpii. FIG. VII. Tab. III. fig. VI. Γ, Δ, Ω, Φ. non noceret etiamſi eandem curvaturam haberet. Haec cannula argenteā B, E. munitur, quae prope finem duobus foraminibus G. pertuſa eſt: in principio ſcutum habet, B, D, H. quā in perinaeo retinetur. Perspicuitatis gratiā figuram addidi.

Aegro rite collocato, veluti in calculi curatione, indicem manū lae‐vae profunde in anum demittit (e); eo loco diſtinctiſſime urinae fluctua‐tio intra veficam ſentiri poſteſt; quod ſignum etiam Denysius (f) certiſſimū eſſe adnotavit. Mox instrumentum (cuſpide intrā cannulam de‐liſcente) manū dextrā ſecundum ſinistrae indicem veficae baſi, pone ſeminalium veficularum concurſum, Tab. II. fig. IV. o applicat, & acum in veficam compellit.

Ex contemplatione Tab. III. fig. I. & Tab. II. fig. IV. evidenter con‐TAB. ſtat facillimam eſſe hanc methodum, quia urinā target vefica, & pars II. perforanda non multum extendit, aut locum mutat, etiamſi vefica FIG. IV. evacuata ſit.

Notavimus antea peritonaeum hunc locum ubi vacua vefica eſt, in‐vestire, id in multis verum eſt; ubi autem, quemadmodum in Iſchuriā, vehementer dilatata eſt vefica, retrahit ſe peritonaeum: in Tab. II. fig. IV. intestinum rectum reſectum exhibuimus quo loco instrumentum applicari debet, ut o nuda vefica confiſci poſſet. Patet hāc ratione in vacuā vefica ſpatium ſati magnum dari; increſcit vero id ubi modice diſtendit, quemadmodum ex accuratiſſimā Magni Albini veficae figurā (g) colligi poſteſt; erit igitur peramplum dum praeter naturam vefica impleta eſt.

Successus, quo cum ab inventore adhibitum eſt egregium illud in‐ſtrumentum, methodum magis commendabilem reddit: unde omnibus rite perpenſis ceteris omnibus eam preeferendam eſſe extra dubium ponimus.

Forsan paulo incurva, & brevior cannula aptius conueniret; meretur ſane ut ad majorem perfectionem haec acus dederatur.

C A P U T Q U I N T U M.

De veficae, Intestini Recti, aliisque fistulis in perinaeo, & circa anum ſitis, ſeu inter veficam & intestinum biantibus.

§. I. Fistulae frequentes ubique morbi ſunt, ſed interdum perinaeum, interdum anum infeſtant, nonnunquam intestina. Accidit aliquando, ut infeſtinorum fistulae intra veficam ferantur, eas igitur propter ſingulares eventus quos producunt, prium peractabo: melius autem intelligentur ſi quod in ſenis cadavere obſervare licuit, prius enar‐

rem,

(a) Recueil de piéces concern. l'op. de la taille par Le Cat. p. 296.

(b) Obſ. chir. de Calculo p. 142.

(c) Nouvelle methode de pratiquer la ponction à la vefſie, mélange de Chir. par Pouteau. p. 500.

(d) Ibid. p. 508. (e) Ibid. p. 511.

(f) Loco cit. p. 140. Si digito anno immifso magnus tumor, intestinum urgens, ſentiatur, certi eſſe poſſimus, veficam urinā plenam eſſe.

(g) Annot. Acad. Lib. IV. Cap. III. Tab. III. fig. 1. a.

H



TAB. rem. Honestus igitur Amstelae damensis cives, in senectute, vehementi
II. colicā inflammatoriā corripitur, & sanatur; postmodum vero in urinā
TAB. IV. pilulas assumptas, pisa, & uvas corinthias observans multorum Medicorum consilia petit. Concucurrerunt multi & optimi Medici, pauci autem naturam morbi, seu potius phaenomeni, percipere, nullus sanare poterat: emortuus tandem A. MDCCLIX. vigesimo quinto mensis Aprilis à me coram Medicis summis Hovio, Lobeo & Ostenso apertus fuit. Invenimus Ilei portionem, coecum intestinum, & summam vesicae partem mirum in modum inter se, concreta. Ileum quā parte coalitum erat cum memoratis, valde contractum erat, & angulum acutum formabat. Ingesta hāc parte morata fistulam inter Ileum & coecum duplice efficerant, atque inde in vesicam fistulam singularem, quae calatum scriptorium facile admittebat. Concretionis hujus delineationem inter alia curiosa servo. Vixit aliquamdiu post colicam, atque satis bene se habuit, nisi quod saepius levibus intestinalibus doloribus tentatus fuerit. Ex intestinalium examine omnia illa symptomata haud difficulter explanantur.

In alio quinquagenario post vehementem intestinalium inflammationem, torminibus, puris ac sanguinis excretione stipatam, flatus per penem exeuntes audivi: etiam urethram inde turgentem vidi.

Quando similes casus, praesertim ex Boneto (a), seu ex Bartholino de pruni damasceni nucleo per penem excreto; maxime autem de flatū per penem emissō post colicam per vices recurrentem, cum his duabus observationibus conferimus, ratio facile detegitur. In abdomen quia idem, quod post vehementes inflammations in thorace, contingit, concrescent scilicet partes vicinae, unde mirae aliquando strangulationes, foecum obstruktiones, contiguarum partium gangraenae, & quemadmodum in sene memorato fistulae vesicam penetrantes, si haec intra concretionem comprehenditur.

Agnoscit vero & alias caussas flatuum per penem emissio: observavi enim in homine sexagenario, qui propter calculum in pueritā sectus erat, foecis intestinalis moleculas in urinā, atque saepius flatus per penem emissos audivi. Symptomata illa procul dubio male peractae curationi originem debent. evenire tamen aliquando potest ut excrescentia in recto natā propter putredinem vesica corrodatur, & foeces excipiat, uti à Schenkio (b) adnotatum est.

§. 2. In feminis, quia vulva intestino insidet, aliquando foeces per utriusque aperturam excernuntur, cuius rei memorabile exemplum Amstelaedami videre licuit. Mulier honesta, quae intervallo sedecim annorum non pepererat, à marito impregnatur, geritque foetum debito tempore: quō dolores partum foras propellere adnibantur, sed frustra. Obstetrix neque uteri ostium apertum, neque aquarum (uti loqui solent) incrementum percipiens, Chirurgi in extrahendis foetibus celebris auxilium implorat. etiam is neque foetum neque uteri ad partum dispositio- nē detegens, abiit: cessant interim conatus, licet abdomen magis ac ante intumesceret. excruciat ab eo tempore misella doloribus colicis fere perpetuis per annum & dimidium; patiebatur stranguriam, & ischuriam vicissim, donec cum insigni foetore unā cum foecibus ossicula quaedam capitis foetus maturi per anum, & vicissim per vulvam excernit. Me vicinae adeunt, etiam maritus, ossa monstrant; jugalia duo & maxillare superius esse, pronuntio. Tandem aegrotantem viribus exhaustam examinans distinctissime integrum calvariam persentiscere potui, digitis vicissim in vulvam & anum demissis: dissolvere vero osseam compagm non potui, neque ullam curationem instrumento faciendam admittere volebat aegra. Putredine tandem osseum nexus dissumpebatur, exhibant ossa parva facile, majora vero atque dentata ut bregmatis &c. diffi- culter. Perinaeum integrum laceratum iri verebar propter tenesimum fere perpetuum, quō ex harum partium irritatione tentabatur. Accidit postea ut ejusdem ossis extrema ano & simul vulvae se obferrent; forfice igitur dentatas partes absindere volui, sed abnuebat: ipsa inter summos dolores, quos animo constanti ferre didicerat, digitis effringebat, quod poterat. Labitur eo modo integra hyems. Excrevit tandem omnia ossicula capitis, & reliqui corporis, quae, minimis exceptis, collegit atque conservavit. Post annum eam sanatam, robustam & vegetam vidi, fistula tamen, ex recto intestino in vulvam, remanebat, insigniter uti

(a) Medicina Sept. Tom. I. p. 130.

(b) p. 392. Obs. VII.

narrabat imminuta. Laete solo, ex praescripto nostro, toto illo tempo- TAB.
re ufa fuerat, & bis in die parva vini Hispanici quantitate.

II. FIG. B.

Novi equidem Bartholinum, aliosque multas similes collegisse obser- vationes; non abs re tamen fore judicavi, si hoc singulari exemplo ars medica augeretur. E tubā Fallopianā in abdomen tempore partū transiisse infantem satis evidens est; utrum vero praesidia à me proposita dirissimorum malorum catervam imminuere potuissent, non adeo mani- festum est; vicit sane natura artem, cruciatus tamen terribiles, quos in- terea perpesta est, verisimiliter averti potuissent.

§. 3. Ad fistulas vesicae in intestinum rectum delatas transeo, quae à calculo sectis superveniunt, non propter intestini laesionem, sed propter contusiones vesicae quae in gangraenam abeunt, & vicinas partes corrodunt. Hae vero vel propter calculi magnitudinem, aut aculeos, vel propter plagae vesicae inflictæ parvitatem contingunt: praesertim si calculus forcipe prehensus directione horizontali, & contra arcum ossium pubis educitur; contunditur eo modo non modo vesicae ostium, sed & partes reliquæ ipsi vicinae. Primis post curationem diebus urina per vulnus externe hians exit; ichore vero intestinum perforatur: si parva fistula est, credibiliter sanari potest cathetere flexibili, seu ceraceo cavo in ve- sicam per urethram demissō, quō urina à vulnere derivatur. Si vero de ipsa intestini, ac vesicae substantiā multum pure corrosum sit, impossibilem esse sanationem multae observations docent. Apto tamen sitū aegri, diaetā congruente, ac cathetere tentanda cura est, quia Natura saepe admirabili cicatrice suppurata claudit.

Ex inspectione Tab. II. fig. I. patet, aegrum nunquam supinum col- locari, neque in latus, sed in ventrem cubare debere; oportet autem ut urina semper & quidem libere effluere possit; ideo catheter relinquī debet, sed cavendum ne rostrum nimis longum sit. Si in lecto vulgari haec commode fieri nequeunt, super scalam reponi debet aeger eo modo, quō operationem altam quidam faciliorem reddere conati sunt.

§. 4. In calculi curatione lateralī, methodo Ravianā institutā aliquando propter prostatæ resistentiam urethra sola incidunt; concrescit tum qui- dem vulnus externum, internum vero ab influente urinā in fistulam callo- sam abit, quae in cicatricis fundo diu remanet: praeter flexilem cathe- terem, seu ceraceum, lacum, nullum superesse praesidium ex ante dictis patet.

Accidit etiam crebro, ut vulnus externe quasi omnino consolidatum videatur, licet urina in cellulosam perinaei, ac scrotri membranam infil- tretur, quia urethra interne sanata non est: eā ratione calculi generantur extra naturales urinæ vias, qui etiam si ingentes absque ullo periculo ex- ciduntur; Lectorem B. ad egregia dogmata Celeberrimi Louissii, (a) Censoris Regii, ac Chirurgiae Professoris, cuius amicitiā & institutio- nibus Parisis usus sum, & cui qualescumque in chirurgiā progressus fe- cerim debeo, ablego. Jubet igitur, (breviter ejus regulas hic exhibere oportet,) jubet inquam ut calculus incisione facta protinus extrahatur, dein ceraceus, cavus, catheter in vesicam demittatur, qui ad sanatio- nem usque intra vesicam retineri debet: docet insuper haec via omnia praeveniri posse, dummodo post calculi è vesicā extractionem catheter aptus illico adhibeat.

Hildanus (b) & Barryus (c) hanc theoriam observationibus illustrarunt, etiam conjecturā caussam assūcti sunt, regulas medendi vero non prodi- derunt.

Fistulae autem in perinaeo calculos fovere possunt, etiamsi aeger nunquam à calculo sectus fuerit, aut venereo laboraverit morbo: ex contusione enim in perinaeo fistulā, & calculo laborabat nauta adeo magno ut tertium testiculum mentiretur; ablato calculo, caustici applicatione (d) fistula integre sanata est.

Si in omni laterali methodo vesica cum prostatā incideretur, fistulae illae

(a) Mémoire sur les pierres urinaires formées hors des voies naturelles d'urine par M. Louis. Mém. de l'Acad. R. de Chir. Tom. 3. p. 333.

(b) Cent. VI. obs. 57. p. 572.

(c) Medic. Essays. Vol. I. §. 35. p. 266.

(d) Louis ibid. Obs. IV. p. 346.

TAB. illae non orirentur; nam aliquando urinam retinere possunt, qui fistula II. FIG. IV. laborant, quemadmodum Celeb. (a) Louisius adnotat: Hildanus in al- latâ observatione similiter inculcat, aegrum, dum fistulae variae scrotum transibant, urinam tam bene retinere potuisse, ut ne gutta quidem pree- ter voluntatem exiret.

§. 5. Urinae fetentio propter itineris constrictiōnēm ex cauffâ vene- reā admodum frequens est; redditur autem cathetere metallino seu cera- ceo; aliquando nullum instrumentum in vesicam demitti potest: quaerit tum novas vias urina inter ostium vesicae & obstraculum, aperitque unam, duas, plurem, in perinaeo, quae sanationem non admittunt, nisi iter naturale transire urina queat. Memini me in Judaeo vidisse pe- nem propter scirrhosam indurationem semper rigidum, atque urinam in mediâ membra parte lateraliter per fistulam effluentem. Urethra tota prope glandem occalluerat.

Aliquando ex retentione urinae absque venereā cauffâ similes generan- tur fistulae, quas usque in interno femore hiantes Covillardus observavit (b): medelam vero haud facile admittunt: si plures dispersae sunt, una artificialis fieri possit, atque cannula excipi. Hac ratione quidem levatur, at nullo modo tollitur malum.

§. 6. Ani vero fistulae intestinales, nisi mariscae adsint, faciliiores curatu sunt; loquor de iis, quae intestinum perforant, sive extus apertae sive coecae sint. Incisio sola sufficit, forifice an syringotomo parum refert: potest etiam aperiri lino contorto, & adstricto, uti Celsus (c) praecepit, dummodo ipsa fistula simplex sit. Wisemannus (d) eximius olim Chirurgus more veterum solo lino plurimas persanavit: durat autem tum aliquot dies, antequam totus sinus inciditur; sed setacci instar agens callos melius fundit. Caustica propter eam rationem etiam comprobo.

Methodus altera, etiam veteribus (e) cognita, in Galliâ hodie usitissima, apta adeo non est, quam quidem primâ fronte appetit. Demittitur scilicet specillum rotundum seu applanatum taeniae instar, argenteum, flexile in fistulam; & extremis foras ductis, tota pars sinibus, seu callo, obsessa à Chirурgo attrahitur, dein scalpello aufertur. Eximius hic curandi modus esset, si ad finem usque retineri posset pars vitiata; extenuatur vero primum, dein prolabitur specillum, ita ut scalpellum propter carnis laxitatem non admittat: id non modo aliis, sed etiam mihi plus unâ vice accedit. Optima methodus mihi visa fuit, quae vel forifice, vel scalpello quomodocunque formato fistulam integrum incidit. Qui forficem damnant quasi contusionem faceret, manum operi nunquam admoventur, aut vulnera non traçtarunt: vulnus enim obtuso licet instrumento, at celeriter factum, si aeger sanus est, aequa facile consolidatur, quam scalpello acutissimo inflatum.



C A P U T S E X T U M .

De vesicae herniis, atque de intestinis in perinaeum, & in foramen ossis pubis ovale, prolapsis.

§. 1. **O**mnis praeternaturalis peritonaei tumor, seu dilatatio, hernia vocatur; accidit vero multis in partibus, licet in inguine frequentius. Ubicunque peritonaeum externe non sustinetur, dilatatur sensim; & prolabitur propter abdominalium musculorum, diaphragmatis & levatoris ani perpetuam actionem in intestina, quâ cedere conantur quaquaversum, & cedunt, simul ac alicubi resistentia minuitur.

Hernias per foramen ovale ossis pubis observatas fuisse Celeb. Garen- geottus (f) memoriae tradidit, etiam proprias observations addidit; in feminis frequentiores fuisse patet; in viro tamen (g) talem sanatam fuisse

(a) Ib. p. 340.

(b) Mém. de l'Acad. R. de Chir. Tom. 3. p. 348.

(c) Lib. VII. Cap. IV. §. 4. p. 414.

(d) Tom. I. obs. 5. 8. & 11. p. 373. 377. & 384. & seq.

(e) Celsus ibid. p. 415. & Paulus Aegineta Art. med. princ. Tom. I. p. 585.

(f) Mém. sur plusieurs hernies singulières. Mém. de l'Acad. R. de Chir p. 709. Tom. I.

(g) Ib. p. 715.

scribit. Memini me in cadavere macilenti senis peritonaei dilatationes, TAB. profunde Tab. I. fig. I. & II. 2. o. juxta obturantia vasa sinum ingredien- II. FIG. II. tes in utroque latere vidisse: forsitan frequentiores sunt, quam quidem creditur; in illo igitur ad omnis generis herniarum possibiliter nec- essario attendendum est.

§. 2. Alterius non minus singularis generis herniam in feminino cada- vere A. MDCCLIX. in Collegio Medico Amstelodamensi demonstra- vi. In sinistro pelvis latere peritonaeum saccum profundum formabat inter ligamentum sacro-ischiadicum, os ilium, & os latum, Tab. I. fig. II. juxta nervum ischiadicum 21. 22. fundus amplior, ostium vero compres- sius erat. Dextrae manus digitum in hunc saccum demissum, à parte clunis sinistrâ, manu clarissime percipere potui quamvis tanta caro inter- fuerit. Ovarium sinistrum praeter naturam magnum, sibi relictum sponte saccum ingrediebatur: num unquam intestina intraverint ne conjecturâ quidem assequi audeo: quicquid sit, liquido inde constat, etiam hunc locum herniis opportunum esse.

§. 3. Intestinum rectum in viris atque in feminis, saepius inversum prolabi, quam in perinaeo herniam formare exemplis non indiget: fieri tamen posse ut omnia fere intestina cum peritonaeo dilatato à latere ani ramicem efforment Ch. H. Papen in Epist. ad III. Hallerum (a) docuit. In viris propter pelvis compressionem forsitan non contingit; in feminis vero Tab. II. fig. I. spatium inter os ischium, sphincterem & peri- naei transversum U majus est, atque solo levatore ani stabilitur. Eo igitur dilatato perinaei herniam oriri posse ipsa partium inspectio demonstrat.

Hac occasione Euſtachii Tab. XIV. fig. I. attentius examinans puta- vi, quodammodo erroneam esse. Glutei enim Z. Z. alte intra pelvem adscendunt, & vulvae constrictori contigui sunt. Non dubito, quin linea ab origine musculi erectoris clitoridis W. oblique ad coccygem du- cenda sit, ut levator ani distinguatur. Hernia modo descripta è ratione ex eius figurâ clarior esset.

§. 4. Ex figurâ & sitû vesicae intra pelvem haud facile quisquam divi- naret, eam supra pelvis oram adscendere, & per annulum abdominalium muscularum unâ cum vasis spermaticis elabi posse? fieri tamen, neque raro observatam fuisse vesicae herniam inguinalem Ruyſchius, Divouixius & Verdierius (b) ab omni dubio vindicaverunt.

Videtur autem potius vesica intestina prolapsa insequi: in magnis enim herniis annulus etiam versus lineam albam, seu pubem dilatatur: protra- hitur itaque è sede suâ vesica à peritonaeo, quod satis firmiter ejus posti- cae & inferiori parti adhaerescit. Sedem igitur semper vesica obtinet extra herniae saccum, seu peritonaeum; recipitur vero à cremastere & reftquis funiculi spermatici involucris incrassatis.

In hominibus nunquam hanc herniam vidi; confundi enim homo in- gentes uteri prolapsus, intra quos, vel proprie intra inversas vaginas, vesicae cum intestinis haerent: tales saepius observavi, & aptis pessariis cohibus. In canibus autem bis veram vesicae herniam inguinalem con- spexi, unius tantum anatomem administrare potui: hujus historiam sub- necat propter rei similitudinem, & admirabilem naturae soleritatem.

Canis erat feminina, parva, quae nunquam uterum gesserat, & valde pinguis, seu saganata. Hernia ingens dextrum inguen, perinaeum ac ventrem occupabat, vesica enim cum omnibus intestinis, ventriculo & recto exceptis, in eâ continebatur, unde abdomen vacuum & com- pressum. Maxime demirabar vesicam, quae ad collum usque prolapsa erat: urethra propterea inversa urinae transitum impediens; eam etiam reddere non poterat, nisi sublevaretur tumor. Animal autem experien- tiâ edoctum in scalis aedium, locum aptissimum eligebat, adscendebat- que, ut herniâ eo modo sustentata urina libere è vesicâ profluere posset.

Nullum calculum in eâ vesicâ reperi, ex alterâ cane eodem vitio ten- tatâ duo post mortem extrahebantur.

Vesica tota extra peritonaeum sita sinistra, intestina dextra & ante- riora

(a) Disput. Chir. Select. Tom. III. p. 313.

(b) Mém. de l'Acad. R. de Chir. Tom. II. in initio.



TAB. riora tumoris tenebant. Omentum partim intra hanc, partim intra altera
FIG. IV. rius lateris herniam, sed priori minorem, haerebat.

Id autem circa magnas hernias in universum observavi, quod peritoneum non eò usque dilatetur, sed intestina insequatur, propter laxitatem cellulosa membranae, quā cum vicinis neētitur, praesertim quā parte lumbis adjacet.

Anno MDCCCLXI. die XVI. Januarii Amstelaedami in Theatro Chirurgico herniam duplicem inguinalem in obesissimi senis cadavere demonstrabam. Sinistram, decem pollices longam & quinque amplam, tenuia partim cum pinguedinoso mesenterio occupabant; coecum unā cum appendice vermiciformi annulum sinistrum ingressa erant, non quia transposi-

tio viscerum locum habebat, sed quia, uti jam dixi, tenuium intestinorum TAB.
pondus reliquum peritonaeum, atque ideo etiam coecum, in sinistrum FIG. IV.
inguen coegerat. Dextra hernia nihil praeter omentum compactum
continebat: mirari vero id nequaquam oportet, nam etiamsi in initio
intestinum cum omento in dextram herniam fuisse prolapsum, retractum
tamen à reliquorum pondere haud dubie fuisset. Si coecum ex dextro latere in sinistrum inguen trahi potest, cur non vesica, praesertim si her-
nia ingens est?

Plura quam quae ex immediata figurarum contemplatione explanari,
aut illustrari, possunt, addere supervacuum habeo: signa, prognoses,
praesidia & reliqua ex auctoribus, quos commendavi, uberius hauriri
possunt.



C O R R I G E N D A.

- Pag. 3. Col. II. lin. 38. commode excipiunt tensi &c. lege. *Commode excipiunt; tensi reliquorum &c.*
7. Col. II. in fine § 3. accipit plura, quae, quoniam. lege. *accipit. plura, quoniam extra &c.*
11. Col. I. § 6. lin. 30. De novo facto certus urethram incido. lege. *de novo facto itinere certus urethram incido.*

PETRI

P E T R I C A M P E R

E X P L A N A T I O

T A B U L A E P R I M A E.

Prima hujus Libri Tabula duabus picturis Pelvis Humanae structuram internam complectitur.

Prior vasā sanguifera, nervos, musculos aliasque vicinas partes: etiam propensionis lineam, atque pelvis axin ob oculos ponit. *Alter* ejusdem pelvis osseam compagem unā cum ligamentis, & nervos comprehendit. Magnitudo utriusque naturalis est, qualis in virili cadavere, robusto, staturaē procerae occurrebat.

Fig. I.

- A, B. Commissura ossium pubis.
 A, C. pars synchondrosis pulposa: B, C. ligamentosa.
 D. ligamentum penis.
 A, E. Margo osseus pelvis, ab ossibus pubis & iliūm factus.
 F, G, H. Tria corpora inferiora vertebrarum lumborum.
 I, K, L, M, N. Quinque corpora ossis sacri.
 O, P, Q, R. Quatuor ossicula Coccygis.
 S. Linea Alba.
 T. Urethra resecta.
 U, V. Linea propensionis horizonti parallela, dum supine decumbimus:
 perpendicularis vero, dum erecti pedibus insistimus.
 W, X, R. Axis pelvis:
 X. Ejus centrum.
 Γ, Δ. Glandula insignis conglobata.
 Ε, Ζ, Α, Ζ. Musculus obturator internus, in duo capita fissus, inter
 quae vasa obturantia, & nervus 2, l, v foras progrediuntur.
 Π, Π. Musculi psoae pars vasis iliacis operta.
 Φ. Musculus iliacus internus.
 Ψ. Transversus abdominis peritonaeo tectus. .
 Ω. Coccygeus.
 AA, BB, CC. Musculus pyriformis, sive Iliacus externus.
 DD. Gluteus major.
 EE, FF. Erector penis cum transverso perinaei altero lateris dextri.
 FF, GG. Ligamentum sacro-ischiadicum longius, externum.
 HH. Rectus abdominis musculus.
 II, KK. Corpus cavernosum membra virilis, sinistrum, resectum.
 KK, T, t. Bulbus Urethrae.

Arteriae.

- a, c.* Aortae truncus.
 - b.* Arteria mesenterica inferior.
 - c.* Arteria Iliaca sinistra abscissa:
 - c. d. e.* Iliaca dextra.
 - e, f, g.* Arteria epigastrica interna.
 - d, b.* Arteria hypogastrica:
 - b, i.* Iliaca posterior.
 - b, k, l.* Arteria obturatrix.
 - k.* Arteria umbilicalis in ligamentum mutata, amputata.
 - k, o, p.* Arteria pudenda interna:
 - n, o.* Ejus rami, quos vesicae, intestino recto, & vicinis partibus impertit, truncati.

- p, q, r. Arteria pudenda interna, proprie dicta, sub ligamento sacro-
 ischiadico delitescens.
 q, r, s. Arteria dorsum penis adscendens.
 r, t. Ramus ejusdem pudenda inferior, à latere perinaei inter bulbum
 urethrae, & corpus cavernosum penis decurrens: cuius progressus
 Tab: II. fig: I. l, m, n, o, p. delineatus est.
 u, Ramus, qui bulbum urethrae intrat.
 v, w. Vasa spermatica.
 x. Vas deferens resectum.
 y. Arteria lumbalis quarta.

Venne.

- α , β . Venae iliaceae ramus sinister truncatus.
 γ , δ . iliaca dextra.
 δ . ϵ . Vena Epigastrica interna.
 τ . Venae iliaceae ramus arteriam comitem obtegens, quae circumflexa
 nuncupatur.
 γ , η , ϑ . vena hypogastrica.
 ϑ , ι . Vena iliaca posterior.
 ϑ , κ . vena pudenda.
 λ , μ , ν . vena iliaca posterior altera, ischiadica. μ . vertebralis sive sacra.
 ν , ξ . ejusdem ramulus vertebralis.
 \circ . priori similis, sed humilior.
 π , \circ . haemorrhoidalis.
 λ , ψ , ω . vena pudenda interna.
 λ , σ . venae hypogastricae ramus anastomosin formans cum pudendâ in-
 ternâ.
 σ . vena vesicae truncata.
 υ , τ , υ . vena obturatrix. τ , ϕ . obturatrix altera.
 Φ , χ , ψ . ramus ejusdem sub capite musculi obturatoris Θ . primum pro-
 grediens, dein super id, donec cum pudendâ internâ unitur.
 ϕ , Γ , δ . unio inter epigastricam, venam iliacam, & obturaticem.
 ψ , α . venae pudendae internae ramus dexter, qui cum sinistro junctus
 arcum sub pube format, è quô
 ω . vena sine pari, seu azyga, dorsum penis perreptans oritur, hic resecta.

Nervi.

- 1, 2. nervus obturator; 3. rami musculo inserti.
 4, 5. lumbales ultimi.
 6, 7. Nervus primus facer.
 8, 9. nervus facer alter.
 10. tertius cum quarto.
 11, 14. nervus pudendus, sub ligamento sacro-ischiadicum cum vasis sanguiferis decurrens, musculo obturatori ramum dat 11, 12.
 11, 13. alter ramus, qui unà cum venâ ad anum, ejusque musculos progreditur.
 14, 15, 16. Nervus dorsum penis perreptans.
 14, 17, 18. ejusdem pudendi alter ramus, transverso perinaei alter dicto, & perinaeo nervos tribuens.
 14, 17, 19. nervus pudendus inferior sub cole decurrens unà cum arteriâ & venâ: confer Tab. II. fig. I. 1, 2, ad 6.

14, 17, 20. pudendi ramus per erectorem penis distributus.

Nervus Intercostalis.

21. nervi intercostalis ganglion.

22. ejus truncus descendens.

23. ganglion ultimum hic conspicuum; omnia autem clariora sunt in figurā sequenti.

Cartilagine, & ligamenta vertebrarum.

24, 25, 26. 33, 32, 34. 35, 31, 36. Laminae cartilagineae, quae inter corpora vertebrarum lumborum, & os sacrum sitae, ante, & retro membranaceae, ac ligamentosae sunt. 25, 26. 33, 34. 35, 36. in mediā parte vero pulposae 24. 32. 31. atque prominentes simul ac refescantur.

27, 28, 29, 30. ligamenta interspinalia, flava, subcartilaginea.

Fig. II.

A, B, C, E, F, G, H, I, K, L, M, N, O, P, Q, R. ut in primā figurā.

r, Δ, Θ. ligamentum thyroideum. 2. Θ. apertura lunata pro transmittendis vasibus obturantibus.

Λ, Ζ, Σ, R. ligamentum sacro-ischiadicum breve, seu internum.

Ψ, Ζ, R. ligamentum, longius, externum.

Ω, Τ. ligamentum coccygis.

α, β, γ, δ, ε. ossis ischii superficies cartilaginea crustata, super quam musculi obturatoris interni tendo veluti super trochleam movetur. β, γ, δ, eminentiae cartilagineae.

η. unio ossis sacri cum innominato.

δ. vena.

β, 2. arteria obturatrix.

ζ. musculus psoas.

λ, μ. erector penis.

ν, ξ, Ζ. pyriformis.

σ, π. ligamentum vertebrarum longum anterius: sculptoris incuria littera σ. in anteriore parte corporis vertebrae lumborum tertiae omissa est.

ρ, σ, τ, υ. divisiones inter corpora spuria ossis sacri.

Nervus obturator.

1, 2, 3. nervus obturator.

Nervus Ischiadicus.

4, 5. ischiadicus primus ex duobus nervis lumbalibus formatus.

6, 5, 7. ischiadici ramus alter ex sacro primo oriundus.

8, 7, 11. ischiadici nervi ramus tertius ex sacro secundo.

9, i. ex eodem sacro ramus insignis qui nervo pudendo jungitur.

10, 9. nervus facer tertius, qui cum secundo unitus ischiadico additur. 9, 23.

4, 21. ramus ē lumbalibus ad gluteos progrediens.

22, 23. NERVUS ISCHIADICUS, & ejus elegans plexus inter 4, 5, 6, 7, 8, & 9.

24. Nervus facer quartus.

25. nervus facer quintus.

26. facer sextus seu coccygeus.

Nervus inguinalis.

27, 28. nervus inguinalis ad glandulas inguinales & cremasterem decurrens.

Nervus Pudendus.

11, 12. Nervus pudendus sub ligamento sacro-ischiadico progrediens.

12, 13. ramus insignem ano, ejusque musculis exporrigit.

14, 15, 16. nervus dorsi penis, seu pudendus superior.

17, 18, 20. nervus erectori, & transversis perinaci, & ipsi perinaco ramos tribuens.

19. ramus pudendus inferior resectus.

Nervus Intercostalis.

a, b. Truncus nervi intercostalis ex lumbis proveniens, & ganglion formans b.

c. ramus ē lumbalibus ultimis ganglio b. junctus.

d. ramus ē primo sacro: 6. alter ramus ex eodem sacro ganglio secundo unitus.

e. ganglion secundum:

f. tertium, quod ē sacro secundo binos ramos b, f. & g, f. acquirit.


f, i. intercostalis tenuior factus; qui ex secundo sacro ramulum k, l. adipiscitur, etiam m, l. ex tertio: unde

l, o. ganglion duplex, cui ramus insignis ex sacro quarto 24, o. accedit.

o, n, q. intercostalis, cum quo ramulus ex sacro quinto 25. se conjungit.

p, q. 26. nervi intercostalis terminus, ultra quem eum prosequi non licuit; insignem tamen ramum ex coccygeo 26. nervo derivat.

r, 26. nervus coccygeus, qui musculo coccygeo & vicinis ramulos largitur.



E X P L A N A T I O

T A B U L A E S E C U N D A E.

Haec secunda Tabula pelvis partem priorem & inferiorem, perinaeum scilicet & sedem comprehendit. Musculi in eā, vasa sanguinea, nervi, & reliquae partes per strata efficta sunt. Figurae quinque priores ex eodem cadavere, sexta & septima ex alio depromtae sunt: omnes viri adulti pudenda exhibent.

Prima, stratum primum repreäsentat, nervos in sinistro latere, vasa sanguinea in dextro, ut singula magis conspicua forent: indicat etiam duas sectiones, veram unam, spuriam alteram, quae in calculi Chirurgiā scalpello fiunt.

Altera, pelvis partem inferiorem & priorem solam exhibet; unusquisque enim facile sibi imaginari potest, clunes & femorum principia, veluti in primā figurā addenda esse: atque eādem ratione de ceteris. Praecipue autem stratum muscularum secundum ob oculos ponit, etiam plagae exterioris in calculos efficiendae indicium.

Tertia, aperturam pelvis anteriorem inferioreque repreäsentans ligamentum penis triangulare, glandulam prostatam, vesiculosque seminales nudas exhibit: etiam intestini recti amplitudinem, & peritonaei descensum. Distinctius vero sectionem internam, seu ostii vesicae ac prostatae.

Quarta, eadem: quae tertia, peritonaeum vero remotum, ut vesicae fundus conspicere possit: etiam intestinum transverse sectum, ut quam amplum, & complanatum sit, appareat.

Quinta, musculi transversi perinæi alterius, & acceleratoris urinae fabricam, & unionem exponit.

Sexta & Septima, glandulas mucosas Cowperi, seu prostatas minores, ex alio cadavere.

Fig. I.

Musculi &c.

A. Anus. B, C, D, E. Sphincter ejus externus. I, F, G, H. Sphincter internus. H, I. filamenta muscularia super sphincteres expansa.

K. accelerator urinae. M. insertio corpori cavernoso sinistro N.

K, T. ejus fibrae, quae cum sphinctere ani externo, perinæi musculo transverso, & levatore unitae fundamentum quoddam carnosum, ac stabile efficiunt, quod, dum omnes simul agunt, loco non movetur.

N, O, P. erector penis sinist.

Q, Q, R. transversus perinæi alter: is fibris tendineis cum acceleratore unitus corpori cavernoso inseritur.

S. Transversus perinæi.

T. unio cum musculo oppositi lateris, levatore, sphinctere ani, & acceleratore urinae.

U. levator ani.

V. Gracilis. W, X. adductor magnus. Y, Z. Gluteus major.

Δ, Ζ. tubera ossium ischiorum.

Arteria



Arteria pudenda inferior.

- a. ejus ramus resectus.
l, m, n, o, p. ejus progressus sub venâ ejusdem nominis.
Vena pudenda inferior.
b, c. vena resecta in sinistro latere.
d, e, f, g, b, i, k. ejus ramifications, & varicosa facies in dextro latere.
d, E. vena anum tendens haemorrhoidalis.
Nervus pudendus inferior.

1, 2, 3, 4, 5, 6. ramus nervus insignis ex unione sacri secundi, & tertii oris (Tab. I. fig. I. & II. 19.) aliquando separatus ad colis extremitum progreditur: aliquando propaginem 2. ab altero ramo 7, 9, 10. acquirit. Ludit autem natura frequenter in ejus decursu; saepe enim super perinaei transversum S. incedit.

Secilio in calculosis facienda.

Inter *a* & *T.* seccio externa ordiri debet, & ductu parallelo cruri sinistro ischii ad *c.* protracta: si aberrat scalpellus & versus anum nimium dirigitur, sphincter ani externus laeditur vulnere *U, D.* quod, licet satis facile sanetur, evitari debet.

Fig. II.

- A, I, F, G, H, N, O, P, Q, Q, U.* ut in priori.
11, 12. nervi pudendi inferioris ramus alter, profundior, qui se sphincter vesicae, & bulbo urethrae inserit.
a, b. eminentiae ovatae bulbi urethrae, in hoc cadavere valde conspicuae, in aliis non item.
y, 12. linea intermedia porosa propter vasā permulta eo loco bulbum ingredientia hic resecta.
d, e. plexus vasorum praecipue venosorum, seu rete, quod ligamentum triangulare obtagit.
r. fibrae Levatoris ani se mutuo decussantes, ac sphincteri urethrae, seu vesicae, intermixtae.
g, h, z, λ. venae haemorrhoidales.

Secilio in calculosis facienda.

δ, η. indicat sectionem externam rite factam, ac praelongam. Laeditur hac ratione ligamentum triangulare, ac plexus venosus δ. absindunturque nervi pudendi rami profundiores *11, 12.* & vasā aliquot haemorrhoidalia *η, θ.* Secari etiam debet levator ani, secus vesicam attingere non possunt Chirurgi.

Fig. III.

- α, β, γ.* ut in secundâ.
μ. urethra solo sphinctere munita.
ε, δ, ξ, ο. glandula prostata.
α, β, c, d. plexus venosus, qui vesicam, glandulam prostatam & vesicas seminales ambit.
f, h. levatores ani resecti.
π, ρ. vesiculae seminales.
σ, φ, τ. peritonaei propago, quae ubi vacua vesica est actione abdominis deorsum premitur inter intestinum & vesicas seminales.
I, A, H. anus cum sphinctere interno, & rectum intestinum reclinatum, ut foccus appearat, qui in adultis à retentis faecibus formatur.
ψ, χ. ligamenta triangularia, valde tendinea, robustaque in hoc cadavere; usus eorum est urethrae bulbum firmare.

Secilio in calculosis facienda.

Sectione externâ peractâ, ac instrumentis rite dispositis, scalpelli mucro in fulcum catheteris demittitur in laterali parte urethrae μ. quae dein una cum vesicae ostio, ac prostatâ oblique deorsum & extrorsum dividitur ad ο. usque: cā ratione plaga fit μ, ο.

Fig. IV.

- η. urethrae indicium.
π, ρ. vesiculae seminales.
I, H. intestinum resectum.
ο. fundus vesicae intestino recto insidens, ac laxe membranae cellulosae ope unitus. Hic locus acū perpungitur à Cl. Fleurantio.

Fig. V.

- A, B.* Erector penis. *B.* pars tendinea ac corporis cavernosi initium.
C, D, E. corpus cavernosum penis, dextri lateris.
G, H. bulbus urethrae.
I, H. perinaeum: seu media pars inter acceleratores urinae.
A, F, D, E. Transversus perinæi alter. *C, D.* unio cum acceleratore urinae. *D, E.* tendo ejus satis latus corpori ipsi cavernoso insertus.
H, I, K, L, C, D, G, H. accelerator urinae: *D, C, L, K.* portio ejus, quae frequenter corpus cavernosum lateraliter superadscendit.

Fig. VI.

- α, β, γ.* ut in praecedentibus; in hoc subiecto tamen eminentiae illae distinctae non erant, licet ibidem insigniter intumesceret urethrae bulbus.
ψ, χ. ligamentum triangulare magis carneum, quam tendineum.
ζ, λ. Glandulae mucosae Cowperi in situ naturalissimo, non mutato.
μ. urethra sphinctere testa.
α, μ, b. sphincter vesicae, verius tamen urethrae.
ο, ξ. prostata cum plexu venoso.

Fig. VII.

- Omnia sere ut in praecedenti.
ζ, λ. glandulae mucosae separatae ab urethrae bulbo, ad ligamentum triangulare usque.
e, d, c, f. circulus venosus inter glandulas, & bulbum delitescens. *f, c.* venae è bulbo urethrae sanguinem recipientes.
π, ρ. vesiculae seminales.

EXPLANATIO
TABULÆ TERTIAE.

Vesicae & urethrae verus intra pelvem situs præprimis hæc Tabula ante oculos ponitur: etiam instrumenta, quae in curatione chirurgicâ calculorum adhibentur; eo scopo, ut urethrae, vesicae & prostatae incisio, qualis à plerisque ac optimis medicis instituitur, evidentissime clarissimeque intelligi queat.

Prima figura igitur ejusdem adulti subiecti, quō ad priores delineationes perficiendas usus sum, pelvem à latere apertam exhibet: resecta enim est ossis coxae pars maxima ultra articuli cavum. Conservatae sunt partes intus sitae omnes, vesica, urethra cum pudendi radice, vesiculae seminales, intestinum rectum, & quae in calculi curatione necessariae videbantur.

Vesica penitus evacuata erat, quemadmodum in agone mortis crebro accidit.

Sphincter ani externum, quem uti potui, in situ redigi.

Figura Secunda, internum vesicae cavum, ac urethrae iter exponit.

Tertia, Quarta, & Quinta vesicae ejusdem picturam linearem exhibent, ac catheteres Ravii, Cheseldenii, & Sharpii ex arte demissos, ut eorum diversitas, & unius præ altero praestantia evidenter conspici possit.

Sexta, incurvations horum catheterum ostendit.

Septima, Acum tricuspidem Cl. Fleurantii comprehendit.

Fig. I.

- A, B.* synchondrosis ossium pubis.
C, D, E, F. Os ilium resectum mox pone articulum.

L

G, H.



G, H. Corpus cavernosum sinistrum penis.
 H, I, A, B. Ligamentum penis, à linea albâ I, I. multas fibras mutuans.
 K. Bulbi urethrae pars infima, cui mucro anterior sphincteris ani externi illigatur.
 L, M. prostata.
 L, β, α, γ, ε. urethra solo sphinctere munita.
 M, N. vesicula seminalis sinistra.
 N, O. vas deferens.
 O, P. ureter sinister.
 P, Q, R. vesica vacua & collapsa.
 S. musculi recti abdominis tendo, pubi insertus.
 S, T. pyramidalis dexter.
 U. psoas.
 V. Iliacus internus.
 W. Gluteus minor.
 X. Gluteus medius.
 Y. Pyriformis sive Iliacus externus.
 Z. Gluteus major.
 a, b. musculus coccygis.
 c, d. obturator internus.
 e, f, g, a, b, c. intestinum rectum.
 i, k. coli flexura sigmoidea.
 K, e, l, a, n, b, g. sphincter ani externus.
 m. ossis coccygis officula ultima.
 m, n, o. musculus gluteus major lateris dextri.
 p. margo interior ossis pubis.
 q. peritoneum.
 r, s, t. penis transverse truncatus, ut corporum spongiosorum t, s. & bulbi urethrae r. unio conspicua foret.
 α, β, L, ε, γ. urethrae vera curvatura.
 ν, δ. prostatae pars dextra.
 τ. vesicae unio cum vesicula seminali: clarior haec nota est in fig. III.
 η, ε, L, M. prostata à latere, inter quam & vesicam nota divisionis seu fovea τ, η. conspicitur.
 ς, M, N. vesicula seminalis sinistra.

Fig. II.

a, b, n, d, i, e, c, o, m. urethrae curvatura interna ad ostium vesicae usque: cuius pars summa, a, b, m, n, instrumentis facile cedit, reliqua minus.
 e, f, r. verus vesicae fundus.
 e, f, r, g, h, i. vesica cuius pars sinistra ablata est, ut ejus crassities appareat.
 b, i. pars vesicae anterior: b. ejus apex in uracho seu ligamento definens.
 k. ureteris sinistri orificium.
 l. dextri. Illud altius quam par est hic delineatur in loco imaginario, quod propter opticas regulas in cavitatum picturis vix aliter fieri potest.
 c, d, m. Caput gallinaginis seu verumontanum, cuius ligula ad m. usque procedit.
 m, n, d, c. sinus urethrae, sive ejus amplitudo aucta.
 d, c, e, i. sinus prostatae.
 a, m, o, c, e. urethrae figura & fundus.

F I N I S.



e, q, p. linea horizonti parallela in decumbente, & lineae propensionis in homine erecto.

Fig. III.

Haec linearem picturam vesicae intra pelvem in Fig. I. delineatae exhibet, & iisdem notis distinguitur.
 Γ, Δ, Θ, Λ. Catheter sulcatus Ravii juxta figuram ab Albino datam ductus.
 λ, μ. plaga vesicae supra prostatam juxta Albinum infligenda.
 ν, ο. incisio, quae in lateralī methodo fit.
 ξ, ο, π. pars vesicae à cathetere propulsā, & circa eum se accommodans.

Fig. IV.

Omnia, ut in praecedenti: demissus autem est
 Γ, Δ, Π, Ζ. catheter sulcatus Chefseldenii.
 ρ, τ, σ. pars vesicae ab instrumento expansa, priori minor.
 a, b, ω. Ravii culter ex Albino.
 c, d, ψ. idem culter, c, d, e, f. manubrium. Hac directione axi pelvis parallelâ adigitur, ut primum urethra in ψ. incidatur: deinceps deorsum & modice sursum propellitur, donec venit in a, b, ω. atque eâ ratione plaga ψ, ω. infligitur in Ravianâ methodo.
 ψ, μ. plaga, quae primum urethrae infligitur à Le Drano, Le Catto, Hawkinsio, aliisque: & quae dein ex μ. in η. producitur instrumentis & methodis diversis.
 ε. calculus in fundo vesicae delitescens, quem addidi, ut appareret aliquando instrumentis detegi non posse, licet adsit: etiam forcipe incurvâ saepe tutius extrahi.

Fig. V.

Γ, Δ, Ω, Φ. catheter Sharpii.
 ν, Φ. λ. vesicae pars parva ab instrumento extensa.

Fig. VI.

Tres Catheteres exhibet, quorum
 Γ, Δ, Θ, Λ. maximus catheter est Ravii sulcatus ad ipsam figuram Magni Albini ductus. Ind. Supp. Ravii Tab. I. fig. I.
 Γ, Δ, Π, Ζ. Catheter Chefseldenii, cuius Douglasius figuram dedit, Lat. Operat. Hist. pone Append. Fig. I.
 Γ, Δ, Ω, Φ. Catheter Sharpii, quô in adultis utebatur, cuius figuram ad ejus instrumentum duxi, dum Anno MDCLII. Londini eram.

Fig. VII.

A, C. Acus tricuspidis Cl. Fleurantii.
 A, B. Manubrium.
 B, C. acus.
 B, D, E. cannula argentea.
 D, B, H. scutum pollicem unum latum, altum ut B, D. ex argento, cannulae unitum. F. fenestra, cui similis in oppositâ parte H.
 G: lumen in anteriore parte cannulae, alterum ei oppositum occultatur.

I N D E X

INDEX RERUM.

Col. I, & II. Paginarum columnam primam, vel secundam designat.

A.

- Aberratio instrumentorum in calculi chirurgiā, unde? pag. 9. col. II. in fine etiam, pag. 15. §. 17.
 Abscessus ad ilia, & inguina, quibus gibbus in dorso infra septum, vel supra septum accedit, superveniunt. pag. 2. col. II. §. 16.
 Accelerator urinae, capitibus suis non raro corpora cavernosa penis ascendit. pag. 4. col. I.
 Angulus, quem linea Propensionis cum pelvis axe efficit, non semper ejusdem magnitudinis est. pag. 1. col. II.
 Ani introtractio in colicā Pictaviensi explicatur. pag. 8. col. II.
 Aortae divisio in iliaca arterias examinatur. pag. 5. Cap. II. §. 1.
 Arteriae Epigastricae angulus, quō adscendit, obtusus est. pag. 5. col. II. §. 3.
 Arteria Epigastrica in bubonoceles curatione scalpello attingi nequit. pag. 5. col. II. in fine §. 3.
 Arteriae intra pelvem super venas, in perinaeo venae super arterias videntur, pag. 6. col. I. §. 6.

C.

- Caelatoris Tab. musc. XII. fig. XXXVI. Albini lapsus. pag. 4. col. I. §. 11.
 Calculosi, cur penem continue attrahant? pag. 7. col. II. §. 4.
 Calculi sectio quā ratione instituenda. pag. 13. col. II. §. 14.
 Calculi sectio à Rario facta juxta B. S. Albinum. pag. 14. §. 15.
 Calculi in perinaeo post Chirurgiam, unde orientur? pag. 16. §. 4. col. II.
 Caput ossis femoris in foramen Ovatum pubis delapsum, pedem longiorum reddit. pag. 1. col. I. §. 4.
 Catheterum longitudo cur noceat. pag. 12. & 13. col. I. & II.
 Catheterum Ravii, Chefelenii, & Sharpii descriptio. pag. 12. col. II. §. 11.
 Catheteres Parisiis usitati cum Chefelenianis congruent. pag. 13. col. I. §. 11.
 Catheteres sigmoidei à Veteribus adhibiti. pag. 13. col. I.
 Catheterum ope Veteres remedia intra vesicam injiciebant. *ibid.*
 Catheteres solidi ubi convenient. *ibid.* §. 12.
 Catheterum figura qualis pro diversā aegri aetate adhibenda. pag. 13. col. II. §. 13.
 Centrum motū vertebrarum in symphysibus elasticis, seu pulposa earum substantiā datur. pag. 2. col. II. §. 7. in fine.
 Colica Pictorum in nervos crurales saevit. pag. 8. col. II.
 Collum vesicae & prostata lacerantur in methodo Ravianā sectis, si calculus magnus est. pag. 14. col. II.
 Consensus inter urethram, & testiculos. pag. 7. col. I. §. 2.
 Cutis ani quā ratione tendatur. pag. 4. col. I.
 Cyphosis & scoliosis caussa in laminarum intervertebralium depravatione querenda est. pag. 3. §. 7.
 Cyphosis non est luxatio vertebrarum neque earum apophysium. pag. 3. §. 7.

D.

- Dolor in Glande penis post sectionem calculi, unde? pag. 7. col. II. §. 4.

E.

- Eustachii Tab. XIV. fig. 1. emendata. pag. 17. col. II. §. 3.
 Exploratio iterata ante calculi sectionem improbat. pag. 13. col. II. §. 12.
 Exrementorum figura in colicā Pictaviensi unde. pag. 9. col. I.

F.

- Flatus per penem emissus ob varias caussas. pag. 16. col. I. §. 1.
 Fleurantii acus tricuspidis laudatur. pag. 15. col. II. §. 19.
 Fistula inter ileum, coecum, & vesicam memorabilis. pag. 16. col. I. §. 1.

- Fistulae perinæi ex caussâ venereâ. pag. 17. col. I. §. 5.
 Fistulae vesicae in intestinum rectum hiantes, cur sectis à calculo superveniunt. pag. 16. col. II. §. 3.
 Fistularum ani curatio multiplex. pag. 17. col. I. §. 6.
 Foetus extrauterinus per anum & vulvam excretus. pag. 16. col. I. §. 2.
 Frigus pedum dolorem colicum & diarrhoeam excitat. pag. 9. col. I.

G.

- Galeni lapsus circa abscessus inguinum in gibbosis. pag. 2. col. II. §. 6.
 Ganglia Nervi intercostalis crebriora sunt, ubi ischiadicæ & pudendi nervi foramina egrediuntur. pag. 8. col. I. §. 7.
 Gibbosorum sub septo symptomata ab Hippocrate, & Celso notata explicitantur. pag. 9. col. I.
 Gibbosis cur barba & pubes serius increscat, & infoecundiores sint. pag. 9. col. I.
 Glandulae iliaca cum inguinalibus & funiculi spermatici glandulis intimam unionem habent. pag. 6. col. II. §. 7.
 Glandularum mucosarum Cowperi indagatio. pag. 10. col. I. §. 4.
 Glandulae mucosæ Cowperi raro occurunt. *ibid.*
 Glandula mucosæ Cowperi sinistra à Chefeleno in calculi sectione laedebatur. pag. 9. §. 2. col. II.
 Glandula prostata, ejus situs, figura, & substantia. pag. 11. col. II. §. 7.
 Glandula prostata facile laceratur eā directione, quā incisa est. *ibid.*

H.

- Hernia juxta vasa obturantia, duplex. pag. 17. Cap. VI. §. 1.
 Hernia juxta nervum ischiadicum in feminino cadavere observata. pag. 17. col. II. §. 2.
 Hernia vesicae, quā ratione oriatur. pag. 17. col. II. §. 4.
 Herniae vesicae Canis anatome. pag. 17. col. II. §. 4.
 Homo nychthemeris spatio reddit urinae libras duas, cum fere sex uncis. pag. 1. col. I.

I.

- Intestinorum actio in ingesta uniformis est. pag. 8. col. II.
 Intestinum restum in adultis propter retentas foeces dilatatur. pag. 9. col. II. §. 3. & pag. 12. col. I. §. 9.
 Intestinum rectum in calculi chirurgiā, dígito in anum demissō, non removetur. pag. 12. col. I. §. 9.
 Intus-susceptiones intestinorum aliquando versus eandem directionem, aliquando in contrariam observantur. pag. 8. col. II.

L.

- Laminarum intervertebralium summa elasticitas, & potentia. pag. 2. col. II.
 Leeuwenhoekii lapsus. pag. 11. col. I.
 Ligamentorum sacro-ischiadicorum, & eorum aponeurosis usus multiplex. pag. 1. col. I. §. 3.
 Ligamentum vertebrarum anterius in decrepitis exarescens, spinam incurvat. pag. 2. col. II. §. 6.
 Ligamentum Triangulare Urethrae à Douglassio optime descriptum. pag. 4. col. II. §. 12.
 Ligamentum Triangulare, non necessario laeditur in calculi chirurgiā. pag. 9. §. 2. col. II.
 Ligamenti penis suspensorii origo. pag. 4. col. II. §. 13.
 Locus vesicae perforandus in ischuriā. pag. 10. col. I. §. 3.

M.

- Membrana interna vesicae vacuae in rugas contrahitur. pag. 10. col. II.
 Mesenterium & mesocolon irritata contrahuntur. pag. 8. col. II.

M

Motus



I N D E X R E R U M.

Motus vermicularis in fano & vivo homine cur negetur. pag. 8. col. II.
in fine.
Motus vermicularis intestinorum, qui in vivorum animalium abdomine
aperto conspicitur, contra naturam est. pag. 8. col. II.
Musculi coccygei usus. pag. 3. col. II.
Musculi Psoae pelvis cavitatem augent: uterum impregnatum excipiunt:
tensi vero partum impediunt. pag. 3. col. II.

N.

Nervorum Brachialium, cum Ischiadico similitudo. pag. 7. col. I.

O.

Operatio dicta alta, cur impossibilis. pag. 10. col. II.

P.

Pariturae cur resupinae collocandae. pag. 3. col. II.
Pelvis in infantibus recenter natis compressior est, quam in adultis, &
minus profunda. pag. 1. col. I.
Pelvis axis in adultis antrorsum inclinat: in infantibus cum linea propen-
sionis coincidit. pag. 1. col. II.
Pelvis renis dilatatio in calculosis. pag. 12. col. II. §. 10.
Peritonaeum irritatum contrahitur. pag. 8. col. 1.
Peritonaeum in calculi Chirurgiā aliquando laedi potest, ubi vacua est
vesica. pag. 10. col. I. §. 3.
Peritonaeum in herniis majoribus non solummodo dilatatur, sed hernias
insequitur. pag. 18. col. I.

R.

Ravius toties cum successū calculos non secuit, quam quidem gloria-
tus est. pag. 14. col. II. §. 15.
Retentio urinae & ischuria cur borborygmos, dolorem colicum, & ab-
dominis intumescentiam producant. pag. 9. col. I.

S,

Sectio in calculosis, & instrumenta secundum axis pelvis directionem
instituenda, & adigenda. pag. 1. col. II.
Stupor ac dolor femoris in gravidis unde. pag. 7. col. I. §. 1.
Symptomata affectionis Hystericae ab acrimoniā putridā, primas vias

occupante oriuntur. pag. 8. col. I. in fine.
Synchondrosis, seu ligamentum pubis, laminis cartilagineis inter verte-
bras sitis, similis est. pag. 1. col. I. §. 2.
Synchondrosis pubis mobilis est in partū. *ibidem*.

T.

Testiculi amputatio aliquando lethalis, unde? pag. 7. col. I. §. 2.
Tremor pedum in hysterics, unde? pag. 8. col. I. §. 7. in fine.
Trunci altitudo ex nutrimenti restauratione increscit. pag. 2. §. 7.

U.

Urethrae inter bulbum & prostata longitudine, figura, sinus. pag. 11.
col. I. §. 6.
Urethrae uvula & trigonum. *ibid*.
Urethrae membrana interna. pag. 11. §. 6. col. II.
Ureterum dilatatio in calculosis. pag. 12. col. II. §. 10.
Urethra, vesicae ostium, & prostata, ab omnibus in laterali sectione
incidentur. pag. 14. col. II. §. 16.

V.

Vestis Hippocratis ad impellenda gibbera laudatur. pag. 3. §. 7. col. I.
Vertebrae lumborum sex. pag. 5. in fine col. I.
Vesica modice extensa continet 64. pollices cubicos. pag. 1. col. I.
Vesica excipere potest urinae libras duas cum uncis quinque. *ibid*.
Vesica raro supra os pubis intumescit, *ibid*.
Vesica in recenter natis supra oram pelvis sita, summitate umbilicum se-
rit. pag. 1. col. II.
Vesicae cavitas triangularis. pag. 10. col. II.
Vesicae musculi internae ossis pubis parti insertio nunquam à me obser-
vata. pag. 10. col. II.
Vesica aliquando ultra umbilicum adscendit in adultis. pag. 10. col. II.
Vesica in homine resupinato tota evacuari nequit. pag. 10. col. II. in
fine.
Vesicae circa calculum contractae symptomata. pag. 12. §. 10.
Vesicae locus ab Albino indicatus instrumentis Ravianis incidi nequit.
pag. 14. §. 15.
Vesicae, in calculi Chirurgiā, plaga parva infligitur. pag. 14. col. II. §. 15.
Vesicularum seminalium situs. pag. 12. col. I. §. 8.
Vulnera arteriae cruralis forsitan absolute lethalia & quare. pag. 6.
§. 4. col. I.

F I N I S.



FIG.I.




FIG.II.




FIG. I.




FIG. V.



FIG. II.




FIG. III.




FIG. VI.




FIG. IV.





FIG. VII.






FIG. I.




FIG. III.




FIG. II.




FIG. IV.




FIG. V.




FIG. VI.




FIG. VII.





FIG. I.




FIG. III.



P. CAMPER *adspicunt*

Schleswig Holstein

